IO. HENRICI MARTINI ERNESTI

PHILOSOPHIAE DOCTORIS ET PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII COBVRGENSIS

QVI SERENISSIMI DVCIS SAXO-COBVRGO-SAALFELDENSIS PRINCIPES LIBEROS BONIS ARTIBVS INSTITVIT CART.

CLAVIS HORATIANA

SIVE

INDICES

RERVM ET VERBORVM

PHILOLOGICO-CRITICI

IN

OPERA HORATII

PRAEMISSIS AD LECTIONEM VSVMQVE PORTAE NECESSARIIS.

VOLVMEN PRIMVM.

BEROLINI,

SVMTIBVS LIBRARIAE REGIAE ACADEMICAE.

MDCCCII.

PRAETER

VIROS PERILLVSTRES, ILLVSTRES, DOCTRINA, VIRTVTE ET MVNERVM DIGNITATE EXCELLENTISSIMOS

D. E. FREVDEL

BARVTHI,

D. E. ZWANZIGER

NORIMBERGAE,

D. E. HERDER

VINARIAE,

FR. GEDIKE

BEROLINI,

C. A. BOETTIGER

VINARIAE,

J. G. GVRLITT

NVNC HAMBVRGI,

QVIBVS

HORATII OPERA

A SE EDITA

NVPER

D. D. D.

VIRIS PRAESTANTISSIMIS

AFFINITATE ET AMICITIA SIBI CONIVNCTISSIMIS

MAXIME VENERABILI

D. IO. ANDREAE SIXT

PROFESSORI ALTORFINO PRIMARIO THEOLOGIAE, PROFESSORI ORDINARIO GRAECAE LINGVAE, ET ANTISTITI RERVM SACRARVM NORIMBERGENSIVM

IO. PHILIPPO SIXT

PROFESSORI METAPHYSICES ET PHILOSOPHIAE MORVM, NEC NON DIACONO AD AEDEM PRIMARIAM SVINFVRTENSEM

IO. GEORGIO PHILIPPO SIXT

SENATORI SVINFVRTENSI ET CVRATORI ITINERVM MILITARIVM

HOC OPVS

CVM

VOTIS ARDENTISSIMIS

PRO

SALVTE AC INCOLVMITATE

OBSERVANTER

D. D. D.

AVCTOR.

AD BONVM ET BENEVOLVM LECTOREM.

Quum ad *Clavem Horatianam* ſcribendam adiiceremus animum, conſilium ſecuti ſumus, quod omnibus talis poëtae aeſtimatoribus et amatoribus probari videretur.*) Quod quidem opus laborioſum non unius eſſe anni, facile intelligi poteſt: *nonum prematur in annum.* Poſtea vero quam in eo fui, ut meditarer, colligerem, exararem, accidit, ut rationum gravitate me vinci paterer, illisque negotiis miſſis, librum operibus Horatii nuper editis aptum e re ſtu-

*) *De argumento* mutavimus conſilium, ubi illud *Celeberrimus Mitſcherlich* cuivis carmini egregie praemiſiſſe vidimus.

ſtudioſae iuventutis amice admonitus ante omnia conficerem. Accipe iam libellum, non hominibus maxime eruditis, non iis, qui σοφιας επ' ακροισι θαμιζονται, compoſitum. Accipe hunc qualemcunque, exantlatis laboribus, in rem ſcholaſticam. Quos ſumtus, quas vires et animi et corporis hoc tempore impenderim, non apparet: Tantum abeſt, ut ediſſeram, ut potius cuncta ſilentio praetereunda putem. Quam ſaepe animum deſpondi impeditus, quae expedire haud poſſe videar! Omnes omnino verſus, ſingulas voces evolvere, conferre, enumerare, non dico interpretari, haec ſola ſunt Αυγειου βουστασια. Fac periculum in literis; ſume tantummodo aliquot voculas Indicis III ut ab initio *a*, *ab*, quae aliaeve per varios ſignificatus fere centies occurrunt. At liber multa habet, quae tibi pergrata fore ſpero. Praeter Horatii Vitam a C. Suetonio Tranquillo conſcriptam, cum Notis *doctiſſimi Mitſcherlichii*,

et

et Historiam Romanorum per Horatii aetatem (quatenus poëmatibus eius illustrandis inservit) deductam a Cl. *Wetzelio*, utramque cum emendationibus et accessionibus, *tres indices* uberrimos invenies, qui maximam tibi afferent utilitatem, non solum ad legendum hunc poëtam. Indicem I. et II. *magna ex parte* clarissimis viris, *Zeunio* et *Wetzelio* debes: permulta emendavimus et adiecimus. Praestantissimos interpretes, inprimis illos, quorum libri maximo constant, haud levibus caussis commotus, non ad verbum saepenumero excerpsi aut copiose, aut breviter. An vero res ex optatis bene cesserit, boni iudices viderint. Neque enim is ego sum, qui extra humanam imbecillitatem, non suae potius memor sentiat; se multum labi, errare et decipi potuisse. Quod attinet ad Clavem immensi operis, quam recte ita voco, cui et artem poëticam summi poëtae praemittendam existimo, remissius

pro-

progrediendum eſt: viribus refectis opus alacrius urgere licet. Animus profecto geſtiet per tot diſcrimina rerum defunctus laboribus, ſi quid dediſſe videar, quod non modo iuvenum ingenia excitet atque inflammet ad ſedulam accuratamque lectionem, ſed etiam ad ea erudienda et emendanda haud parum conferat. Quod ſupereſt, rogo te, benevole lector, ut in tanta et rerum et verborum copia aequi bonique conſulas. Vale atque iterum vale.

Q. HORATII FLACCI

VITA

AVCTORE

C. SVETONIO TRANQVILLO.

Q. Horatius Flaccus, Venusinus, patre, ut ipse 1
quidem tradit, libertino et exauctionum coactore,
[ut vero creditum est, salsamentario, cum illi
qui-

Suetonium Tranquillum constat libellum scripsisse de poëtis, quo eorum vitas complecteretur. v. Isid. Orig. VIII. 7. Ex eo servarunt viri docti vitas Lucani, Terentii cet. Iam in codicibus antiquis reperta est vita Horatii, quae diserto tribueretur Suetonio. Eam primus P. Nannius e cod. Buslidiano Miscellaneorum suorum libri III. c. 1. inseruerat. Deinde e cod. Bland. antiquiss. a Bernardino Lauredano acceptam Muretus editioni suae a. 1555. praefixerat, sibique primus edere perperam visus erat. Post et Cruqu. ex eodem cod. edidit. Mendosissima initio erat, sed viri docti post e vetustis MSS. et coniectura pleraque emendarunt, inprimis Rutgersius, Gronovius, Casaubonus, Vossius. Sed essetne ea vita omnino Suetonii, nec ne, dubitatum est. Qui istud defendunt, urgent fere similitudinem dictionis cum stilo Suetonii. Quae licet negari nequeat; tamen admodum infirmum e tali similitudine argumentum est. Illud autem gravius, quod Porphyrion ad Epist. II. 1 pr. scribit; *Apparet, hunc librum hortatu Caesaris scriptum esse. Cuius rei etiam Suetonius auctor est. Nam apud eum epistola invenitur Augusti, increpantis Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat.* Hoc inquam plus momenti habet; quanquam et, si durior sis, dicere possis, non ideo necesse esse, ut haec, quam hodie habemus, Horatii vita a Sue-

quidam exprobrasset in altercatione: *quotiens ego*
2 *vidi patrem tuum brachio se emungentem?*] bello Philippensi, excitus a M. Bruto imperatore, tribunus militum meruit; victisque partibus, venia impetrata,

tonio sit, nam posse nihilo secius Grammaticum seriorem eius auctorem esse, et modo illud de Augusto e Suetonio sumsisse. Sed vel sic facile inducimur ad rectissimum de hac vita iudicium: esse eam omnino a Suetonio, sed grammaticos et librarios monachos, qui illam transscriberent, vel omisisse, in suo quemque exemplo, quaedam, vel alia de suis interpolasse; quod ultimum de infami illo loco de speculato cubiculo certissimum est. Ceterum Porphyrionem etiam vitam Horatii scripsisse, ipse testatur ad Serm. I. 6. 41.

1. *libertino*, vid. Serm. I. 6. 6. 45. et 46. Epist. I. 20. 20. *quidem* deest in quibusdam editis; elegantius adest in MSS. Pro *exactionum*, quod vulgo legitur, praeclare emend. Gesn. *exauctionum* h. finitarum s. peractarum auctionum i. venditionum publicarum; in quibus et *praecones* essent, h. qui starent ad hastam, oblataque pretia enuntiarent, et *coactores*, h. qui ab his, quibus attributae fuissent in auctione singulae res, pretium exigendum s. colligendam pecuniam in se reciperent, pacta centesima parte; ut apparet e Cic. Rabir. Post. XI. 30. Tale munus obierat Horatii pater, et inde reculam sibi compararat. Cf. Serm. I. 6. 86. — Pro *ut vero* quidam libri ap. Rutg. *ut vere*, unde Casaub. legebat *fere*. *Salsamentarius*, qui salsamenta facit, vel vendit, ἀλλαντοπώλης. Dacer. vertit *un charcutier*. — *immungentem* pro *emungentem* in libris Rutgersii et sic Baxt. *mungentem* Casaub. Laudatur Auct. ad Heren. IV. 54. *Vt si salsamentarii filio dicas: quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.* Vereor autem, ne haec: *ut vero creditum — emungentem*, a librario sint. [Recte; id quod vel hiulca oratio arguit. Forte duo panni assuti sunt, primus de salsamentario, cui alius notum illud scomma ex Auct. ad Heren. adtexuit. Itaque uncis inclusi.]

2. *exercitus* liber Puteani ap. Rutgers. mendose. *Scriptum quaestorium* intelligo munus scribae, a quaestore in decuriam lecti; qui *scriptum facere* dicitur. Cf. Liv. IX. 46. XL. 29. [Adde Masson. in vita Nostri p. 74 sq. qui commode laudat Gell. VI. 9. Ad rem Noster Serm. II. 6. 36.]

3.

trata, ſcriptum quaeſtorium comparavit; ac primo 3
Maecenati, mox Auguſto in gratiam inſinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Maecenas quantopere eum dilexerit, ſatis demonſtratur iſto epigrammate:

Ni te viſceribus meis, Horati,
Plus iam diligo, tu tuum ſodalem
Ninnio videas ſtrigoſiorem.

Sed multo magis, extremis iudiciis, tali ad Au- 4
guſtum elogio: *Horatii Flacci, ut mei, eſto memor.*

Au-

3. *teſtatur* pro *demonſtratur*, liber Puteani, et ſic Baxt. *monſtratur* Valart. Sivr. In altero et tertio epigrammatis Maecenatiani verſu magna varietas eſt. V. 2. alii ap. Rutg. habent *Titum*, cod. Put. *tutum*. V. 3. apud Cruquium et Rutg. eſt *Hinno me videas*. Muretus edidit *Nimio v.* Nannius *Mimo me v.* Baxterus emend. *Minno* h. ove glabra. Gronovius coni. *Titii ſodalis Ginno*, ut ludatur in Titium quemdam, ſtrigoſo ginno h. mulo vehi ſolitum. Dacer. *Ninno me.* Voſſius, Lindenbrog. et Pithoeus *Ninnio videas;* dicitque Voſſius, fuiſſe eo tempore Romae poëtam Ninnium Craſſum, qui ita eſſet macilentus et ſiccus, ut in quotidianos iocos abiiſſet. Metrum non obeſt; nam etiam apud Catullum hendecaſyllabi multi a trochaeo incipiunt; et decet Maecenatem talis negligentia. Modo illud de Ninnio Craſſo certius eſſet. *Ninnio* haud dubie recte legitur, quod comparanti varietates allatas facile patebit; tum et gratior exſiſtit ſtructura eiecto *me*. *Ninnium* poſſis explicare parvum mulum, alias hinnum ſ. ginnum, item ninnum dictum. Sed mihi elegantior videtur iocus, ſi ſuſpiceris, eſſe nomen hominis vulgaris, nobis nunc ignoti, tunc a macritudine notiſſimi. Nam et Ninnios Campanam gentem fuiſſe apparet e Liv. XXIII. 8. 1. et ingenioſus tunc luſus eſt in epitheto *ſtrigoſus*, quod proprie de iumentis dicitur. Velo, ut, qui nunc, inſtar tui, bene curatus et pinguis ſum (is enim fuiſſe videtur), ſtrigoſior fiam Ninnio.

4. *extremis Eſquiliis* ap. Cruquium legitur, et ſic vulgo, nullo

5 Auguſtus epiſtolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Maecenatem ſcripto ſignificat: *Ante ipſe ſufficiebam ſcribendis epiſtolis amicorum; nunc occupatiſſimus et infirmus, Horatium noſtrum te cupio adducere. Veniet igitur ab iſta paraſitica menſa ad hanc regiam, et nos in epiſtolis ſcribendis adiuvabit.*

6 Ac ne recuſanti quidem aut ſuccenſuit quid-
7 quam, aut amicitiam ſuam ingerere deſiit. Exſtant epiſtolae, e quibus argumenti gratia pauca ſubieci. *Sume tibi aliquid iuris apud me, tamquam ſi convictor mihi fueris: quoniam id uſus mihi tecum eſſe volui, ſi*
8 *per valetudinem tuam fieri potuiſſet.* Et rurſus: *Tui qualem habeam memoriam; poteris ex Septimio quoque noſtro*

nullo ſenſu; ſed apparet, irrepſiſſe ex fine huius vitae. Rectius cod. reg. ap. Rutg. *extremis iudiciis*, h. teſtamento; quod vel *iudicium* dicere, vel *ſupremum*, *extremum i.* ſollemne ICtis antiquis. — *ad Auguſtam* liber Putean. ut de Livia dicatur. Male. — *eclogio* vult Geſn. Sed bene habet *elogium*, teſtamentis proprium vocabulum (v. Geſn. theſ. v. *Elogium* n. 8.); h. l. brevem commendationem ſignificat.

5. *a te cupio abducere* Bentl. neſcio unde. — *paraſitica menſa*, h. qua ut paraſitus fruitur, np. apud te, cui nulla officia praeſtat. — *regiam menſam* ferre non poteſt Rutgerſ. quia ap. Romanos regis nomen invidiam habuerit. Sed nihil vetabat ad amicum ſic ſcribere, inprimis per iocum. *Epiſtolis amicorum* pro epiſtolis *ad amicos*.

6. *ſuggerere* ap. Cruqu. et vulgo; ſed *ingerere* cod. reg. Rutg. et Muret. *deſtitit* Geſn. Sivr.

7. *fieri poſſit* vel *poſſet*, vulgo legitur, ſed ſenſus requirit *potuiſſet*, uti mox pro *habeo* legi iubet latinitas *habeam*.

8. Illa transeundi formula *Et rurſus* aperte a monacho eſt, ex noto *καὶ πάλιν* in ſacris litteris. Equidem omnia illa: *Exſtant epiſtolae — ἀνθυπερφρονοῦμεν*, emblema e margine eſſe puto, at ex antiquo tamen alio ſcriptore ſumtis ipſis epiſtolarum fragmentis; quae profecto non ab inepto grammatico, ſed

nostro audire; nam incidit, ut illo coram fieret a me tui mentio. Neque enim, si tu superbus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque ἀνθυπερφρονοῦμεν.

Praeterea saepe eum, inter alios iocos, *putissi-* 9
mum penem et *homuncionem lepidissimum* appellavit, unaque et altera liberalitate locupletavit. Scripta 10
quidem eius usque adeo probavit, mansuraque perpetuo opinatus est, ut non modo saeculare carmen componendum iniunxerit, sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique privignorum suorum; eum- 11
que coëgerit, propter hoc, tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere: post Sermo- 12
nes vero lectos quosdam nullam sui mentionem habitam ita sit questus: *Irasci me tibi scito, quod non in plerisque eiusmodi scriptis mecum potissimum loquaris.*

sed genuina esse, facile est sentire.

8. *Septimius* est ille, ad quem est carm. II. 6. et de quo loquuntur Epist. I. 3. 9. sqq. Epist. I. 9. 1. sqq. ἀνθυπερφρονοῦμεν, vicissim superbi sumus: sic Cruqu. Muret. Rutg. Minus bene alii post Nannium ἀνθυπερφρονοῦμεν,

9. *putissimum*, antique pro *purissimum*, quod ipsum alii exhibent. *Penem* vulgo, et per iocum familiarem, simpliciter pro homine, vel quod statim sequitur, homuncione, Romae dictum fuisse puto, ut *cunnus* simpl. pro femina dicebatur; ut *putissimus p.* sit homo integerrimus et carissimus, nil amplius. *appellavit*, sic legendum; vulgo *appellat*. — *una atque altera* male Dacer. explicat *duabus*, et in eo se torquet.

10. Post *perpetuo* in Blandin. cod. lacuna erat, quam explent fere *credidit*; sed Rutg. e cod. reg. *opinatus est*. — *Vindelicam v.* Est carm. IV. 4. et 14.

12. *Iratum* quidem editi, item mox pro *Eclogam* male *elogium*. Est epistola libri II. prima. Eclogas enim antiqui omnis generis poëmata breviora dicebant, non solum, ut vulgo, idyllia.

14.

ris. An vereris, ne apud posteros infame tibi sit, quod
13 *videaris familiaris nobis esse?* Expressitque eclogam, cuius initium est,

Cum tot sustineas et tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.

14 Habitu corporis brevis fuit atque obesus, qualis et a semet ipso in satiris describitur, et ab Augusto
15 hac epistola: *Pertulit ad me Dionysius libellum tuum, quem ego, ne accusem brevitatem, quantuluscumque*
16 *est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne maiores libelli tui sint, quam ipse es. Sed si tibi statura deest,*

14. *in satiris*, np. Serm. II. 3. 308. sq. Huc etiam pertinet Epist. I. 4 extr. E margine suspicor esse hoc *in satiris*, nam recentiorem satirarum appellationem esse videbimus.

15. *Dionysius* haud dubie servus vel libertus Augusti. Pro *ne accusem brevitatem* liber Put. habebat *accusarem;* regius, *ut accusantem*, unde Bentl. *ut te accusem*. Male omnia, Regius codex videtur cum lacuna habuisse *ne accus . . . . atem*.

16. Codex regius cum lacuna exhibebat: *Sed si tibi statura deest, ... unde est.* Et sic Bentl. Vnde Casaub. coni. *venter abunde est.* Facile apparet, periisse *corpusculum* et litteram primam ex *non* — *in sextariolo* (quae est mensura antiqua et aridorum et liquidorum, sexta congii pars) *scribere* vel prudenter negligunt Intpp. vel putant, iuberi Horatium in sextariolum, tamquam in museum irrepere; quo ioco nihil posset frigidius excogitari. Rectissime unus Gesnerus rem expediit. Constat, veteres volumina sua super bacillo, vel longiori vel breviori, convolvisse. Iam sextariolus admodum brevis seu humilis fuerit oportet, vel axim superante diametro. Itaque humanissimo ioco Augustus brevitatem libri Horatii, cuius lectione non satiatus esset, accusat. Si vis, libros tuos te ipso non maiores esse, cogites, tibi licet non longum, at crassum

deest, corpusculum non deest. Itaque licebit in sextariolo scribas, cum circuitus voluminis tui sit ὀγκωδέστατος sicut est ventriculi tui.

Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut 17
Tiburtini, domusque eius ostenditur circa Tiburni
luculum. Venerunt in manus meas et elegi sub 18
eius titulo, et epistola prosa oratione, quasi com-
mendantis se Maecenati. Sed utraque falsa puto. 19
Nam elegi vulgares, epistola obscura; quo vitio mi-

sum corpus esse; et sic licet per me bacillo brevissimo, vel sextariolo, involvas scripta tua, *cum*, h. dummodo, quod longitudini deest, ut in te, circuitu compensetur, — ὀγκωδέστατος; quam crassissimus. Mire corrupta est haec vox, in editis quoque; e. g. οἰκολήστατος, ὀτηχωάντατος cet. Sed non dissimulandum, h. l. in vita Horatii ap. Nannium, Cruquium, Muretum, et vulgo, sequi locum inhonestissimum, qui turpem maculam tanto viro adsperserit: *Ad res venereas intemperantior traditur; nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse (sic) disposita, ut, quocumque respexisset, ibi ei imago coitus referretur.* In quibus etiamsi forte a latinitate ferri possint *speculatum cubiculum* et *disponere scorta;* at narratio ipsa ita absurda et ἀσύστατος, ita aperte e Senecae (natur. quaestt. I. 16.) de Hostio quodam, dissolutae nequitiae homine, narratione, permutato nomine ducta, ut nullum esse dubium possit, quin ab inepto grammatico ille pannus interpolatus sit. Doctissime impr. Ill. Lessing. Opp. T. III. p. 11—30. eum resecuit. Tacite Dacer. et Baxterus omiserunt.

17. Ex illis: *Sabini aut Tiburtini* male quidam (Valart. etiam) duo praedia Horatii effinxerunt; quod vel ex carm. II. 18. 14. refellitur. Recte vidit Rutgers. praedium Horatii, ita in confiniis agri Sabini et Tiburtini situm putandum, ut dubium esset, utro pertineret. Talis erat et Catulli fundus, c. XLII. quem hinc male quidam eumdem fuisse cum Horatiano putarunt. Sed ille haud dubie propior Tiburi fuit. — De *Tiburni luculo* vid. carm. I. 7. 13.

19. [Falsas quoque et misellli versificatoris fetum habendas esse

20 minime tenebatur. Natus est VI Idus Decembris, L. Cotta et L. Torquato Coss. Decessit V Kal. Decemb. C. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo Coss. post nonum et quinquagesimum annum, haerede Augusto palam nuncupato, cum urgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus et conditus est extremis Esquiliis iuxta Maecenatis tumulum.

duas Odas, nuper in Cod. Ms. Horatii bibl. Palatinae in Vaticana repertas et in calce l. I. Carminum adsutas, dudum ostenderunt VV. DD. Primus earum mentionem iniecit Villois. Animadvv. ad Long. p. 310.

19. *quo vitio minime tenebatur*, np. obscuritatis. Id non impedit, quo minus multarum rerum cognitione opus sit ad eius carmina intelligenda; qua qui pollent, dicendi genus Horatianum, universe spectatum, luculentum et perspicuum esse vident.

20. Natus est a. v. c. 688. Pro *VI. Id.* Dec. liber Put. habebat *III.* Decessit a. u. c. 745. — In *post nonum* erravit vel Suetonius vel librarius, nam consules dicti definiunt numerum annorum LVII. — *palam*, viva voce. Cf. Iustin. Instit. L. II. T. X. §. 13.

VITA

VITA HORATII IN EODEM COD. ALITER DESCRIPTA *a*).

Q. Horatius Flaccus, libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabinos commigravit *b*). Quem cum pater puerum Romam misisset in ludum litterarium, parcissimis eruditus impensis, angustias patris vicit ingenio; coluitque adolescens Brutum, sub quo tribunus militum, civili bello, militavit, captusque a Caesare, post multum tempus, beneficio Maecenatis non solum servatus, sed etiam in amicitiam receptus est. Quapropter Maecenati et Augusto in omnibus scriptis suis venerabiliter assurgit. Scripsit autem Carminum libros IV, Epodon I, Carmen saeculare, Sermonum libros II, Epistolarum II, de Arte poëtica I *c*). Commentati sunt in illum Porphyrion, Modestus, Helenius Acron; omnium autem optime Acron *d*).

VITA HORATII IN TRIBVS CODD. BLANDD. ALITER DESCRIPTA.

Q. Horatius Flaccus, praecone patre natus, libertinae conditionis, Venusinus fuit, quae civitas Apuliae est. Non tamen aut opibus vilis, aut studio; nam litteris liberaliter eruditus pro ingenii dexteritate in tantum iam a puero eminebat, ut ultra meritum natalium talibus disciplinis faceret se aptum videri. Hic, post studia Romana, philosophiae caussa Athenas profectus, inter Epicureos pri-

a) Eadem, paucis mutatis, e cod. antiquo I. Sichardi, legitur, in edit. Basil. 1527.

b) *migravit* Basil.

c) *de A. p.* deest in Basil.

d) *omnium optime C. Aemilius*, Basil.

primum locum tenuit. Familiaritatem etiam M. Bruti adeptus est, eius, qui cum Augusto dimicavit; nam et tribunus militum eius fuit; post victoriam vero civilis belli, interventu Maecenatis, Horatio Caesar indulsit. Fuit autem idem Horatius statura brevis, lippus, obeso corpore, iracundus, obscenis moribus, ita ut cubiculo speculato uteretur, quo se congrediuntem videret. Natus VI Id. Decemb. Cotta et Torquato Coss. Septuagesimo *) septimo aetatis anno periit, haerede Augusto, sepultus in Esquiliis, iuxta tumulum Maecenatis. In opere suo Alcaeum imitatus est et Sapphonem, in satira Lucilium.

Q. HORATII FLACCI VITA PER ANNOS DIGESTA.

v. c. Varr. 689.

L. Aurelius Cotta. L. Manlius Torquatus Coss.

a. C. 65. *Horatii* 1.

His Coss. natum esse Horatium, non solum Suetonius auctor est, sed ipse etiam Flaccus, carm. III. 21. 1. Epod, XIII. 6. Decembrem mensem ipse etiam natalibus suis assignat Epist. I. 20. 27—28: illiusque diem VI Id. memorat Suetonius.

Generis sui obscuritatem numquam dissimulat, semper ultro fassus, se nec ingenuo, nec claro natum patre, sed libertino, vita tamen et pectore puro: Serm. I. 6. 6. et 45. Epist. I. 20. 20. *Libertinus* autem eo tempore idem erat ac *libertus*; cum superioribus saeculis libertini dicerentur filii libertorum s. manumissorum. Vide vel Sueton. Claud. 24. Hinc Horatius ex suae aetatis more *ingenuus* erat, parens eius non item. v. Serm. I. 6. 8 et 20, Cf. Massoni vit. Hor. p. 4 sqq. et Wieland. ad Serm.

*) Leg. *quinquagesimo.*

Serm. I. 6. 8. Oportet tamen Flaccum, patre iam libertate donato, natum esse; alias enim non fuisset ingenuus.

Patrem, cuius nomen ignoratur, postquam, ut dicemus, Romam concesserat, *coactorem* fuisse, constat et ex eius vita, et e Sermon. I. 6. 86. Id ad vectigalia fere referunt, quae coëgerit pro publicanis. Sed vid. not. ad vit. Horat. §. 1. Salsamentarium fuisse, ut in vita Hor. dicitur, Torrentius non vult credere, quia ipse id non commemorarit. Sed hoc certe infirmum. Ioannis du Hamel commentum de Horatii patre Flavio Flacco, nobili gente Pontica orto, ita, ut meretur, castigat Sanadonus.

Patria erat *Venusia*, vel, ut alii, *Venusium*, Dauniorum colonia (Plin. III. 11. Strab. VI. p. 195.), anno V. c. CCI CLXII deducta (Vellei. I. 14. 6.), oppidum non ignobile, εὐτείχιστον dictum Polybio, III. 90. in confinio Apulorum et Lucanorum ita situm, ut anceps esset, utro potius pertineret. v. Serm. I. 2. 34. Cf. Heins. Advv. p. 490. Proximus erat Vultur mons, at in Peucetia, altera Apuliae parte; v. Carm. III. 4. 9 sqq. In ea regione agellum parvum habuisse patrem Horatii, constat ex Serm. I. 6. 71. Cum Apuliam attingeret Calabria, Martiali noster Calaber etiam dictus, VIII. 18.

v. c. 696.
L. Calpurnius Piso. A. Gabinius.
a. C. 58. *Horatii* $\frac{7}{8}$.

Pater Horatii, ingenui et generosi vir animi, cum in filio elegans ingenium animadverteret, omnem curam in illius educatione posuit, et quidquid ex facultatibus exiguis posset, benigne in eam impendit. Agello enim suo, quem Venusii habebat, relicto (nam vendidisse eum, temere poni arbitror, multoque probabilius videtur, Horatium demum, Bruti partes secutum proscriptione post proelium Philippense amisisse. Ipse hoc innuit

Epp.

Ep. II. 2. 49—51. *Vnde* (ex aestu civilis belli) *fimul primum me dimisere Philippi* decisis humilem pennis, inopemque paterni et laris et fundi. Recte ibi Schol. *Significat se proscriptum fuisse*) puerum Romam deduxit, ibique exactoris munere emto, filium non solum liberalibus honestisque artibus iis, quibus nobilium liberi instituebantur, imbuendum curavit, spretis iis, quae ad solum quaestum spectarent; habitumque et comitatum ei dedit, qui nec nobilem puerum dedeceret; sed etiam morum filii ipse assiduus custos et rector, virtutumque ei omnium et magister et exemplum fuit; eumque non divitem et magnum, sed bonum et honestum aliquando virum esse voluit Vid. Serm. I. 6. 65 92. et I. 4. 105—129. grati in talem patrem filii immortale monumentum.

Fuit primus Horatii praeceptor Orbilius Pupillus, eo tempore Romae grammaticam professus, qui, ex instituto eius aetatis scholarum, enarrabat pueris carmina Livii Andronici et Homeri: Epist. II. 1. 69—71. II. 2. 41. 42. Cf. Quinctil. I. 8. Graecas litteras Noster in primis amavit, ut ipse, exquisita earum cognitione sibi comparata, graecos faceret versiculos, Serm. I. 10. 31. sqq. et, perceptis fructibus, voluptatibus, quasi pleno ore laudans moneret: *exemplaria graeca nocturna versate manu, versate diurna*, Epist. II. 3. 268—269. Princeps tamen poëta hunc a puero omnium maxime delectavit; unde aurea vivendi praecepta hausit. Vid. Epist. I. 2. ad Lollium scripta.

v. c. 705.

C. Claudius Marcellus. L. Cornelius Lentulus.

a. C. 49. *Horatii* $\frac{16}{17}$.

Togam virilem sumsisse h. a. Horatium probabile est. v. Masson. p. 25.

v. c. 709.
C. Iulius Caesar IV. sine collega.
a. c. 45. *Horatii* $\frac{20}{21}$.

Ciceronis filius, Horatio aequalis, aliique iuvenes nobiles, Bibulus, Acidinus, Varus, Messala, vere ineunte Athenas, studiorum caussa, proficiscuntur. Cic. Epist. ad Att. XII. 23. 26. XIII. 24. XV. 13. 15. Probabile fit, Horatium eodem tempore Athenas petiisse, ut philosophiae operam daret. Nam ante bellum civile, post Caesaris caedem ortum, eo se venisse ait Epist. II. 2. 43. sqq.

v. c. 710.
C. Iulius Caesar V. M. Antonius.
a. C. 44. *Horatii* $\frac{21}{22}$.

Idibus Martiis Caesar in curia Romana occiditur. Sequuntur eius mortem varia prodigia, et historicis et poëtis celebrata. Itaque carmen I. 2. ad hunc a. refert interpretum multitudo. Sed quis sibi persuadeat, Horatium, eo tempore partes Bruti amplexum, in Octavianum fecisse carmen tam splendidum? quod praeterea tantum tamque exercitatum poëtam prodat, qualis profecto tunc nondum Flaccus fuit? Tum omnino, ut alia taceam, obstat appellatio *Principis* v. 50.

Brutus et Cassius, Italia cedentes, Athenas veniunt. Ibi Brutus clam bellum parat, iuvenesque Romanos, Athenis studiorum caussa versantes, sibi coniungit, in his Ciceronis filium (Plut. Brut. 37. Dio XLVII. 21. Vellei. II. 62.), et Horatium, ipso teste Epist. II. 2. 47. Carm. II. 7. 1. sqq.

v. c. 711.
C. Vibius Pansa. A. Hirtius.
C. Iul. Caesar Octavianus. Q. Pedius suffecti.
a. C. 43. *Horatii* $\frac{22}{23}$.

Ineunte anno M. Brutus cum copiis in Macedoniam abit, et in eius cohorte est Horatius. Ad hoc tempus refe-

referenda videtur rixa inter Rupilium Regem, qui et ipse in Bruti comitatu erat, et Persium coram Bruto agitata, quam Horatius describit Serm. I. 7. quamquam non ideo ecloga ista ad h. a. referenda videtur. M. Lepidus, M. Antonius, C. Caesar Octavianus Triumviros reip. constituendae in V annos se renuntiant, et provincias inter se distribuunt.

Horatius in exercitu Bruti *tribunus militum* fit; Serm. I. 6. 48. et Carm. II. 7. 2.

Ovidius nascitur. Non multo ante Propertius, Tibullus iam a. 705. Alii tamen aliter.

v. c. 712.
M. Aemilius Lepidus II. L. Munatius Plancus.
a. C. 42. Horatii $\frac{23}{24}$.

Cf. Carm. III. 14. fin. Triumviri Caesari divinos honores decernunt, et ab eo tempore Octavianus *Divi* filius appellatur. Dio XLVII. 18. 19. L. Aelius Lamia praetor creatur.

Anno fere exeunte bis pugnatur apud Philippos, in ea Macedoniae parte, quae olim ad Thraciam pertinuerat. Brutus et Cassius victi ad mortem compelluntur. Horatius post alterum proelium fuga salutem petit. v. Carm. II. 7. 9 — 124. III. 4. 26. Epist. II. 2. 49. *Non aliud bellum cruentius caede clarissimorum virorum fuit:* ipsa verba Vellei. II. 71. 2. Sed eodem tempore classis Octaviani, duce Domitio Calvino, in mari Ionio, a Statio Murco et Cn. Domitio Ahenobarbo profligatur.

Claudius Tiberius Nero nascitur, III. Kal. Decemb.

v. c. 713.
L. Antonius. P. Servilius Isauricus.
a. C. 41. Horatii $\frac{24}{25}$.

Redeundi impunitate victis oblata, dum multi, in his Pompeius Grosphus, Horatii amicus (v. Carm. II. 7.), in Brutianis partibus manent, atque a Statio Murco vel Cn.

Cn. Ahenobarbo recepti, ad Sex. Pompeium in Siciliam profugiunt (Dio XLVII extr. Vellei. II. 72. 3 et 4. I. 76. 2.); Horatius huius anni initio in Italiam redit. Magnam in hoc reditu tempestatem passus creditur ad Palinurum promontorium, et huc iam Scholiastes traxit Carm. III. 4. 28. Quod tamen non opus est, eum in isto reditu potius, quam alio tempore, ibi periclitatum esse. Ad navim, qua redisset, Tanaquillus Faber et Dacerius carm. I. 14. traxere; parum acute. Vid. Argum. illius carminis Edit. Mitscherlich. et a. 722.

Offendebat Horatius redux patrem se absente mortuum, neque relictum sibi habebat Larem, nec fundum paternum, quo triumvirali proscriptione exciderat; quae illi eo tristior sors fuerit oportet, cum commoda et splendida adeo fuisset vita superior. Itaque paupertas ac obscuritas, in generoso animo ingenii artiumque nutrices, eum primum impulerunt, ut versus faceret (Epist. II. 2. 50. sqq.); non, quo inde panem quaereret, sed quo elucesceret ac sibi compararet patronos. Neque video, quomodo hoc illi opprobrio sit, cum constet, omni memoria in aliis etiam generibus sensu paupertatis magnos viros evasisse; magnaque ingenia, dum adversis rebus obnitantur, hoc ipso nisu in altum extolli. Fuerat in Horatio magnum ingenium poëticum, subactum Graecorum familiaritate; hoc suscitari primum tali impulsu oportebat. Quamquam eum, dum Athenis commoraretur, vel antea adeo, versuum scribendorum periculum iam fecisse e Serm. I. 10. 31. haud absurde colligas. Post autem, cum in otio honeste beateque viveret, solius vel animi et gloriae, vel publici usus gratia carmina fecit. Vitae sustentandae caussa scriptum illum (s. quasi scribatum) quaestorium, quem Suetonius dicit, sibi comparasse videtur; ut esset in decuria scribarum, qui quaestori apparerent. (Vid. Wieland. ad Serm. II. 6. 36.) Sed sequenti tempore illud munus neglexisse eum, facile intelligitur. Cf. autem Serm. II. 6. 36. Illud vero hinc ap-

apparet, nulli superiorum annorum assignandum esse ullum carmen Horatii. Huic autem anno Massonus eleganti suspicione tribuit Serm. I. 7. quae omnino ecloga iuvenile prodit ingenium, neque inepte pro primo foetu Horatiani ingenii haberi possit, quem quidem dignum lectu ipse habuerit.

Neque in Virgilii et Varii amicitiam ante hunc a. venire potuit; neque forte hoc ipso venit. Item male huc refert carmen I. 2. Rodellius; cum arbitrari vix possimus, Horatium tunc iam tantum poëtam fuisse, quantum hoc carmen arguit.

v. c. 714.
Cn. Domitius Calvinus. C. Asinius Pollio.
Suffecti sub anni finem
L. Cornelius Balbus. P. Canidius.
a. C. 40. *Horatii* $\frac{25}{26}$.

Bellum Perusinum. In eo Asinius Pollio Cos. a partibus Antonianis est. Octavianus L. Antonium Perusiamque urbem deditione accipit. Pax Brundisina inter Octavianum et Antonium, opera L. Cocceii, communis amici, adhibitis etiam Maecenate a Caesaris, Pollione ab Antonii parte. Dio XLVII. 28. Referri solet ab Intpp. ad hanc pacem Brundisinam Serm. I. 5. Sed recte id reiicit Massonus p. 82. sqq. inprimis quod v. 27. dicuntur Maecenas et Cocceius saepius iam conciliasse Octavianum et Antonium, idque a. 714 haud dubie primum factum est; tum et Fonteii Capitonis in hac pace nulla est apud historicos mentio.

v. c. 715.
L. Marcius Censorinus. C. Calvisius Sabinus.
a. C. 39. *Horatii* $\frac{26}{27}$.

Antonius Pollionem cum exercitus parte adversus Parthinos, populum Illyricum, circa Epidamnum incolentem,

lentem, et Bruti caussae eximie faventem, mittit; qui rem egregie gessit, et sq. anno triumphum de Parthinis egit. V. Dio XLVIII. 41. Appian. V. p. 1135.

Pace cum Sex. Pompeio ad Misenum composita omnibus proscriptis impunitas redeundi data est. Dio XLVIII. 36. Vellei. II. 77. 1 et 2. In iis est Pompeius Grosphus, Horatii amicus, quem venientem excipit carmine II. 7. cuius v. Argum. Edit Jani l. Mitscherlich.

Ad d. VIII. Kal. Nov. Pollio ex Parthinis triumphat. Gruter. thes. inscr. p. 297. Hic est *Dalmaticus triumphus*, Carm. II. 1. 16. ubi v. not. Edit Mitscherlich. Sed oportet tamen hoc carmen aliquanto post hunc a. scriptum esse, ob Pollionis doctum otium in eo commemoratum.

Hoc anno Horatium Maecenati a Virgilio et Vario commendatum esse, Sanadonus ex Serm. I. 6. 55. ponit. Et recte. v. ad a. DCCXVI. et cf. Ill. Heyn. Vit. Virg. ad hunc a.

v. c. 716.

App. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus.

a. C. 38. *Horatii* $\frac{27}{28}$.

Pax cum Sex. Pompeio facta dirimitur, et recrudescit cum eo bellum, *Siculum* s. *piraticum* dictum. v. Plin. XVI. 4. Vellei. II. 73. Igitur huic anno assignandum Epod. carm. IV. nec differendum ad sequentem; nam eo cum Caesar ipse quoque XX servorum millia manumiserit et ad remum dederit (Sueton. Aug. 16.), non poterat tunc poëta sine invidia *servilem manum* tangere.

Hoc demum anno Horatium in Maecenatis amicitiam et familiaritatem adscriptum esse, nono mense post, quam ei commendatus esset (v. Serm. I. 6. 52 sqq.), apparebit ex iis, quae ad a. V. DCCXXIII dicentur. A Maecenate obtinet praedium in Sabinis, et per eundem in Octaviani amicitiam insinuatur.

v. c. 717.

M. Vipsanius Agrippa. L. Caninius Gallus.

a. C. 37. *Horatii* $\frac{28}{29}$.

Ab Agrippa, ut recens aedificatis classibus tutus receſſus eſſet, lacu Averno et Lucrino cum mari commiſſo, portus Iulius factus eſt. v. Dio XLVIII. 50 et 51. Huius operis mentio in A. P. 63.

Antonius Athenis Tarentum claſſe venit. Octavia adducit Octavianum, ut eum conveniat. Nova inter eos amicitiae pactio. Dio XLVIII. extr. Eodem Maecenas properat cum Horatio, Virgilio, Vario, Plotio. Id eſt iter Brundiſinum, deſcriptum Serm. I. 5.

v. c. 718.

L. Gellius Poplicola. M. Cocceius Nerva.

a. C. 36. *Horatii* $\frac{29}{30}$.

Victo Sex. Pompeio, Octavianus Romam reverſus magnis honoribus afficitur. Oppidatim inter Deos tutelares conſecratur. Appian. V. p. 1178. Phraates, Parthorum rex, in ſuos cives ſaevire occipit.

v. c. 719.

L. Cornificius. Sex. Pompeius fil.

a. C. 35. *Horatii* $\frac{30}{31}$.

Sextus Pompeius Mileti trucidatur. Phraatem regno pellunt cives ſui, et Teridati illud conferunt.

v. c. 722.

Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Soſius.

a. C. 32. *Horatii* $\frac{33}{34}$.

Ad bellum atrociſſimum ſpectant inimicitiae Caeſaris et Antonii. Magni utrimque apparatus. Huc ſpectare videtur Carm. I. 14. Epod. VII. et XVI. Plancus ad Caeſarem ab Antonio transfugit, ad quem eſt c. I. 7.

v. c.

V. c. 723.

C. Caesar Octavianus III. M. Valer. Messala.

a. C. 31. *Horatii* $\frac{34}{35}$.

Maecenati ad Actiacum bellum cum Augusto ituro comes esse vult Horatius. Hinc Epod. libri carmen I. enatum, sub initium anni. Sed non adnuit Maecenas. Praecessit etiam pugnam Actiacam carmen 9. Facta est ea pugna ad d. IV Non. Sept. M. Antonius in Aegyptum fugit. Post illam exarata Serm. II. ecl. 6. nam dimiserat Octavianus veteranos in Italiam; nec dum illis quidquam dederat (v. 55.); v. Dio. LI. p. 444. At statim sequenti anno illis rebellantibus pecunias et agros dedit; Dio LI. p. 445. Igitur ex eiusdem satirae v. 40 sqq. principium amicitiae inter Maecenatem et Horatium in a. 416. figitur.

V. c. 724.

Caesar Octavianus IV. M. Licinius Crassus.

a. C. 30. *Horatii* $\frac{35}{36}$.

Caesar, post breve in Italiam iter, Aegyptum in provinciam redigit. M. Antonius et Cleopatra se ipsi interficiunt. Horatius scribit carm. I. 37.

Phraates in regnum Parthorum restituitur, et pellitur Teridates; qui in Syriam fugit. Dio LI. 18.

V. c. 725.

Caesar Octavianus V. Sex. Apuleius.

a. C. 29. *Horatii* $\frac{36}{37}$.

Ianus clauditur; Dio LI. 20. Caesar d. VIII. VII. VI Id. Sext. triumphos agit; Dio LI. 21. Post de imperio deponendo consultat cum Agrippa et Maecenate; Dio LII. pr.

T. Faber et Dacer. ad h. a. referunt Carm. I. 2. quo prodigia Caesaris mortem secuta, et bella civilia, tamquam vaticinio includantur, a. 710 edito. Sed puerilis

fuiſſet in h. c. talis progreſſus, ut bene vidit Sanadonus. Et obeſt inundatio Tiberis, quae poſt Caeſaris necem nulla memoratur. Virgilius talem diluviem non tacuiſſet.

v. c. 726.
Caeſar Octavianus VI. M. Agrippa II.
a. C. 28. Horatii $\frac{37}{38}$.

Cum hoc a. Caeſar Apollinis in Palatio templum et bibliothecam dedicaret, ſcripſit Horatius c. I. 31. Caeſar ad templa reficienda et urbem ornandam animum appellit; Dio LIII init. Vellei. II. 89. Hoc tempore componit Horat. C. III. 6. Ad idem tempus referendus Sermo 10. L. 1. iudice Sanadono.

v. c. 727.
Caeſar Octavianus VII. M. Agrippa III.
a. C. 27. Horatii $\frac{38}{39}$.

Caeſar *princeps* dicitur; Dio LIII. 11. et *Auguſtus* appellatur; Dio LIII. 16. poſtquam iterum de imperio deponendo conſultavit. Nocte ſeq. Tiberis exundatio loca plana Romae ſic replet, ut navigari poſſit. Hinc Sanadon. huic a. aſſignat Carm. I. 2. Sed cum cetera hic memorata prodigia nulla illo a. exſtiterunt, tum haec exundatio Tiberis non pro irae Deorum omine accepta eſt ab hariolis, ſed ſic, ut Auguſtum ad magnam potentiam evaſurum dicerent. Dio LIII. 17.

Auguſtus cum exercitu in Britanniam ire parat, alium exercitum ad Orientem contra Arabas mittere. Facit Horatius C. I. 35. cuius v. Argum. item I. 29. ad Iccium.

Cantabri ſeditionem movent. Dacer. itaque huc refert C. II. 6. At vid. illius Argum. Edit. Iani l. Mitſcherlich.

v. c.

v. c. 728.
Caesar Augustus VIII. T. Statilius Taurus II.
a. C. 26. *Horatii* $\frac{39}{40}$.

Sex. Apuleius ex Hispania triumphat. Sed Cantabri et Astures mox, renovant bellum.

v. c. 729.
Caesar Augustus IX. M. Iunius Silanus.
a. C. 25. *Horatii* $\frac{40}{41}$.

Expeditio Augusti in Cantabros. Initium belli contra Arabiam et Aethiopiam faciunt Aelius Gallus et Petronius. Marcellus Iuliam ducit. Horatius scribit C. II. 4.

v. c. 730.
Caesar Augustus X. C. Norbanus Flaccus.
a. C. 24. *Horatii* $\frac{41}{42}$.

Phraates iterum pellit Teridaten, qui in Hispaniam ad Caesarem Augustum fugit. v. Argum. C. I. 26. Augustus Cantabris victis Romam post triennium redit, cum ob morbum diutius abfuisset; et Ianum iterum claudit; Dio LIII. p. 515. Canit Horatius C. III. 14. item I. 36.

Quinctilius, communis Horatii et Virgilii amicus, moritur. Hieron. Chron. Euseb. ad Ol. 189. 1. Consolatur Horatius Virgilium carmine I. 24.

v. c. 731.
Caesar Augustus XI. A. Terentius Varro Muraena.
suff. *Cn. Calpurnius Piso.*
a. C. 23. *Horatii* $\frac{42}{43}$.

Phraates legatos mittit Romam, repetitum Teridatem et filium suum. Quae res dum in senatu agitatur, facit Horatius C. I. 26, cuius v. Argum. Edit. Jani l. Mitscherlich. Augustus Phraati filium reddit, hac lege, ut captivos et signa Romana restituat. Teridati permittit, Romae manere. Dio LIII. 33.

Au-

Augustus gravi morbo decumbit; sed convalescit. Brevi post Marcellus iuvenis moritur. Inter haec duo facta scriptum est C. I. 12.

v. c. 732.
M. Cl. Marcellus Aeserninus. L. Aruntius.
a. C. 22. *Horatii* $\frac{4\frac{1}{2}}{44}$.

Non solum in fine anni superioris, sed hoc ineunte etiam, magnae Tiberis inundationes memorantur. Fulmine ictae in Pantheo statuae. Dio LIII extr. LIV pr. Haec prodigia occasionem dedisse videntur Carmini I. 2. licet manifestum sit, commemorari non illa sola, sed plura simul alia, quae praecessissent. Augustum rerum potitum cum commendare vellet poëta, tamquam eum, qui rempublicam, bellis civilibus iactatam, restituturus esset; bella autem civilia declarari solerent per ἄγος, quod expiatione indigeret, denique prodigia a longo inde tempore civitatem ἐναγῆ et expiatione egentem indicassent; Augustum eum esse auguratur, qui καθαρμοῖς, expiationibus publicis, rempublicam piaculo eximeret. In quibus redeundum est ad notiones veterum de calamitatum publicarum caussa ab ira Deorum repetita, ex concepto piaculo, et de necessitate expiationum. Plura, quae carmen ad h. a. referre suadeant, in Obss. monuimus.

Coniurant in Augustum Licinius Varro Muraena et Fannius Caepio. Augustus in Siciliam abit (Dio LIV. 6.); unde in Parthos profecturus putatur. Paullo ante hanc profectionem scripta videtur Epist. I. 9.

v. c. 733.
M. Lollius. Q. Aemilius Lepidus.
a. C. 21. *Horatii* $\frac{4}{4}\frac{4}{}$.

Scripta hoc anno Epist. I. 20. Augustus in Graeciam, hinc in Samum navigat, ibique hiemat. Medio anno scriptum C. III. 29. ad Maecenatem, absente Augusto

Vrbi

Vrbi praefectum. Item referas huc c. II. 13. quod anno ante III. 8. scriptum esse, constat ex huius v. 9.

v. c. 734.
M. Apuleius. P. Silius Nerva,
a. C. 20. Horatii $\frac{45}{46}$.

Asiam, Bithyniam, Syriam Augustus invisit. Phraates signa Augusto et captivos remittit; Dio LIV. 8. Ea res magnificis verbis a poëtis ornari solet. Loquuntur de Parthis profligatis, subactis, domitis, de everso eorum imperio, de Oriente debellato, de Phraate Augusti ad pedes procumbente, ab eoque ius regnandi accipiente cet. Tum et Daci ac Sarmatae, aliique Istri accolae, continuo excurrentes in fines Romanos per Lentulum coërcentur; Flor. IV. 12. Denique hoc etiam anno, occiso Artaxia, datur ab Augusto Armeniis Tigranes, et a Tiberio Nerone in regnum deducitur; Dio LIV. 9. Id ipsum etiam a poëtis sic augetur, tamquam subacta sit Armenia. Referuntur ad haec tempora C. II. 11. III. 8. Epist. I. 3. et 8. item 12. Neque diu post hunc a. scriptum esse potest c. II. 17. cuius v. Argum. Edit. Jani l. Mitscherlich.

v. c. 735.
C. Sentius Saturninus. Q. Lucretius Vespillo,
a. C. 19. Horatii $\frac{46}{47}$.

Virgilius in Graeciam proficiscitur; v. vit. Virg. Est ad eum C. I. 3. Moritur Brundisii.

Augustus ab Oriente redit Romam a. d. IV Id. Oct. Videntur huc assignanda c. I. 19. III. 5.

v. c. 737.
C. Furnius. C. Iunius Silanus.
a. C. 17. Horatii $\frac{48}{49}$.

Augustus ludos saeculares instituit; Dio XIV. p. 533. Plin. VII. 48. Censorin. c. 17. Horatius eius iussu

iuſſu conſcribit carmen ſaeculare. Ad idem tempus ſpectat C. IV. 6.

v. c. 738.

L. Domitius Ahenobarbus. P. Cornel. Scipio.

a. C. 16. *Horatii* $\frac{49}{50}$.

Pertinent ad h. a. C. IV. 1. et ſic circa idem tempus ſcriptum oportet C. IV. 10.

v. c. 739.

M. Druſus Libo. L. Calpurnius Piſo.

a. C. 15. *Horatii* $\frac{50}{51}$.

Rhaeti et Vindelici per Tiberium et Druſum ſubiguntur. Primum ſolus Druſus miſſus erat, et Rhaetos apud Alpes Tridentinas proelio vicerat; Dio LIV. p. 536. Eo ſpectat C. IV. 4. Deinde cum Rhaeti nihilo minus Galliam urgerent, Tiberius quoque adverſus eos miſſus; Dio ibid. Proinde Druſus et Tiberius ſimul multis locis in Rhaetiam irruperunt, et aliquot proeliis copias hoſtium deleverunt. Haec geſta celebrantur carmine IV. 14. ſerius ſcripto, ut videbimus. — Auguſtus per totum annum in Gallia abſens eſt.

v. c. 740.

a. C. 14. *Horatii* $\frac{51}{52}$.

Auguſtus adhuc dum Roma abeſt, in Hiſpania, Gallia, Germania, rebus conſtituendis intentus. Scriptum tunc videtur C. IV. 5. np. poſt legem de adulteriis et de maritandis ordinibus a. 736 latam, item poſt ſubactos Parthos, Cantabros et Germanos. Ad idem tempus ſpectat C. II. 4.

v. c. 741.

Tib. Claudius Nero. P. Quinctilius Varus.

a. C. 13. *Horatii* $\frac{52}{53}$.

Auguſtus Romam revertitur. Si Suetonio credimus, Auguſtum Tiberii Druſique, privignorum ſuorum, victoriam

riam Vindelicam canere iussisse Horatium, eiusque rei caussa quartum librum carminum addere: huic sane anno is iussus Augusti erit assignandus, quo post triennii in Gallia absentiam, Vrbem repetiit. Certe C. IV. 14. non prius, quam post eum reditum, scriptum esse probabile est.

v. c. 742.

M. Valerius Messala. P. Sulpitius Quirinus.

a. C. 12. *Horatii* $\frac{53}{54}$.

Agrippa moritur, ad quem unum est c. I. 6. incertae aetatis.

v. c. 744.

Iulus Antonius. Q. Fabius Maximus Afric.

a. C. 10. *Horatii* $\frac{55}{56}$.

Dacis, Getis et Germanis a Druso ac Tiberio victis, Ianus tertium clauditur. Carmen IV. 15. et Epist. II. 1. Horatii opera novissima, hoc anno scripta videntur.

v. c. 746,

C. Marcius Censorinus. C. Asinius Gallus.

a. C. 9. *Horatii* 57.

Horatium hoc anno V Kal. Dec. mortuum esse, et quidem subito, ut ne signare quidem testamentum posset, docet Sueton. in eius vita; errore tamen in annorum Horatii numero admisso, dum LIX pro LVII ponit. Hieronym. Chron. Euseb. ad Olymp. 192. 5. *Horatius quinquagesimo septimo aetatis suae anno Romae moritur.*

Eodem anno inclinante moritur Maecenas, teste Dione LV. p. 552. et quidem ante Horatium; quod cur ex eius vita, a Suetonio conscripta, intelligere pertinaciter noluerint Turnebus, Torrentius, Dousa, A. Schottus (Obss. II. 60.) et Sanadonus, equidem non capio.

VITA

VILLA HORATII ab ipso elegantissime pingitur Epist. I. 6. 5 sqq. Sita erat in Sabinis; non procul Tibure versus Aquilonem. Vicina erat Varia (Epist. I. 14. 3.), item Mandela (Ep. I. 18. 105.); proximum fanum Vacunae (Ep. I. 10. 49). Ager dicebatur Bandusia, fonte Bandusio (C. III. 13.) insignis, unde ortus rivus Digentia (Epist. I. 18. 104.), fundum Horatii suaviter irrigabat. Silvis et nemoribus amoenissima erat regio, inprimis versus antiquum templum Vacunae (v. Plin. III. 12.), et amplius versus Anienem fl. et Tibur sequebatur lucus Tiburni. Nec deerant saxa, rupes, dumeta (Epist. I. 14. 1—5. et 19—21. Epist. I. 16. 1—16. Carm. III. 16. 29—30.); ut maxime poëtica regio dici posset. In convalle inter Lucretilem montem et Vsticam, saxosum collem, a quo ipsa etiam vallis Vstica dicta (Carm. I. 17. 1—12.), non procul fonte Bandusio (v. Serm. II. 6. 2.), villam ipsam positam fuisse probabile est. Eleganter erat aedificata de albo lapide Tiburtino. Habebat in eà Horatius villicum (ad quem Epist. I. 14.) cum octo servis (Serm. II. 7. 118.), et vivebant in agello quinque familiae (Epist. I. 14. 3.) unde satis lautum fundum fuisse intelligatur. Scripserunt plura de villa Horatii Cluver. ant. Ital. II. 9 sqq. et magno, forte nimio studio, *M. L. Capmartin de Chaupy* in *Découverte de la maison de campagne d'Horace, Tomes III. Rome* 1767. 8. Elegantior multo est *Dominici de Sanctis Dissertazione sopra la villa di Orazio Flacco. In Roma* 1761. 4. Denique *Hackertus*, nobilissimus delineandi artifex, dexterrime nonnulla agri istius Bandusii loca repraesentavit, et ingeniose Horatii descriptiones iis accommodavit.

TESTI-

TESTIMONIA ANTIQVA
DE
HORATIO.

OVIDIVS Trist. IV. 10. 49.

Et tenuit nostras numerosus Horatius aures
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.

PETRONIVS C. 118.

Caeterum neque generosior spiritus vanitatem amat, neque concipere aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundata. Effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate, et sumendae voces a plebe submotae, ut fiat

Odi profanum volgus et arceo.

Praeterea curandum est, ne sententiae emineant extra corpus orationis expressae; sed intecto vestibus colore niteant. Homerus testis, et Lyrici, Romanusque Virgilius, et Horatii curiosa felicitas.

IUVENAL. Sat. VII. 53 sqq.

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus silvarum, aptusque bibendis
Fontibus Aonidum: neque enim cantare sub antro
Pierio, thyrsumve potest contingere moesta
Paupertas atque aeris inops, quo nocte dieque
Corpus eget: satur est, cum dicit Horatius *Evoe!*

PER-

PERSIVS I. 116.

Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit et admiſſus circum praecordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

SALEI. BASSVS ad Piſ. 227.
(Wernsd. Poet. min. IV. 276.)

Maecenas alta Thoantis
Eruit, et populis oſtendit nomina Graiis.
Carmina Romanis etiam reſonantia chordis
Auſoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.

QVINCTILIANVS Inſt. Or. I. 8.

Vtiles Tragoedi; alunt et Lyrici; ſi tamen in his non auctores modo, ſed etiam partes operis elegeris. Nam et Graeci licenter multa, et Horatium in quibusdam nolim interpretari.

IDEM L. X. C. 1.

Multo eſt terſior (Lucilio) ac purus magis Horatius, et ad notandos hominum mores praecipuus. *Et paullo poſt:* Iambus non ſane a Romanis celebratus eſt, ut proprium opus; a quibusdam interpoſitus; cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio; quamquam illi epodos intervenire non reperiatur. At Lyricorum idem Horatius fere ſolus legi dignus. Nam et inſurgit aliquando et plenus eſt iucunditatis et gratiae et variis figuris et verbis feliciſſime audax.

AVCTOR de Cauſſis corr. Eloqu. C. 20.

Exigitur enim iam ab oratore etiam poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus, ſed ex Horatii et Virgilii et Lucani ſacrario prolatus. Horum igitur au-

auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas, pulchrior et ornatior extitit.

AVSONIVS. Eid. IV. 56.

Te praeeunte, nepos, modulata poëmata Flacci
Altisonumque iterum fas est didicisse Maronem.

SIDONIVS APOLLIN. Epp. VIII. 11.

stilus aut Maronianus
Aut quo tu Latium beas, Horati,
Alcaeo potior Lyristes ipso.

IDEM ibidem (p. 226. Sirmond.)

In Lyricis Flaccum sequutus nunc ferebatur in Iambico citus, nunc in Choriambico gravis, nunc in Alcaico flexuosus, nunc in Sapphico inflatus.

IDEM in Praef. Panegyr. Iul. Val. Maiorano dicti.

Et tibi, Flacce, acies Bruti Cassique sequuto
Carminis est auctor, qui fuit et veniae.

IDEM L. IX. Epp. 13. ad Tonantium.

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis, ut nostra dehinc cursitet orbita
Qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectri potentibus,
Dum metro quatitur chorda Glyconio,
Nec non Alcaico vel Pherecratio
Iuncto Lesbiaco, sive Anapaestico.

IDEM

IDEM Carm. IX. v. 225 ſqq.

Non quod per Satiras, Epiſtolarum
Sermonumque ſales, novumque Epodon
Libros carminis ac Poëticam Artem
Phoebi laudibus et vagae Dianae
Conſcriptis voluit ſonare Flaccus.

IDEM Carm. XXIII. 450 ſqq.

At ſi dicat Epos metrumque rhythmis
Flectat commaticis tonante plectro,
Mordacem faciat ſilere Flaccum.
Quamvis poſt Satiras Lyramque tendat
Ille ad Pindaricum volare cygnum.

INDEX

INDEX I.

NOMINVM

SIVE

GEOGRAPHICVS ET HISTORICVS.

I.

Carmina (Odae) vel *nulla* litera, vel litera *C.* significantur:
Epodae literis *Ep.*
Carmen saeculare literis *C. S.*
Sermones (Satyrae) litera *S.*
Epistolae litera *E.*
Ars poëtica numeratur Epistolarum libri *secundi* epistola *tertia.*
Quod reliquum est, *Hist.* significat historiam Romanorum praemissam.

II.

Etruscum litus, sive Etruscum mare, in quod influit Tiberis I. 2, 14: III. 29, 35: ad Etruscum litus Aeneae naves appulsae Ep. XVIII. 37—44 cl. Virg. Aen. 6 init.: *Etrusca manus Porsenae* Ep. XVI. 4 Porsenae, Etruriae regis exercitus: Etrusci a Lydis orti. Hinc *quidquid Lydorum* (quicunque Lydi) Etruscos fines incolit S. I. 6, 1. cl. Herodt. I. 94.

Evander, caelator et plastes statuarum S. I. 3, 91, quem Scholiastes, secutus eos, qui de personis Horatianis scripserunt, tradit, a M. Antonio Athenis Alexandriam translatum, inde inter captivos Romam perductum multa opera mirabilia fecisse.

Euius, vid. *Bacchus*: Evias, Baccha III. 25, 9.

Eumenides, Furiae, quarum capillis angues intorti semper inquieti II. 13, 35, sive, ut Virgilius canit Georg. IV. 482, Eumenides caeruleos angues crinibus implexae, i. e. quarum crinibus angues caerulei sunt implexi. Hinc explica III. 11, 17, cl. Virg. Aen. VI. 419 et Ep. V. 15.

Eupolis, veteris comoediae poëta

III. 3, 8: II. 6, 19, et *vetus* S. II. 3, 115 five aetatem ferens S. I. 10, 24: S. II. 4, 55: S. II. 8, 16: E. I. 14, 34. E. I. 18, 91. Cf. et Ep. IV, 13 et Plin. XIV. 8, 2.

Fannius Quadratus, fcriptor fui admiratione inflatus, ineptus, Horatii obtrectator, conviva Hermogenis S. I. 4, 21. S. I. 10, 80.

Fata, II. 13, 16 *coeca* (ignota), Κῆρες Homero Il. II. 302: Fatum *volucre* II. 17, 24: Fata *acerba* agunt Romanos Ep. VII. 17. Fata et dii Auguftum terris dedere optimum maximum IV. 2, 37—40. Cf. et I. 10, 68. S. I. 9, 29. C. IV. 13, 23: III. 9, 12 et 16.

Faunus, (deus ὀρειβάτης, χειμοβάτης) tutor Arcadiae I. 17, 2: IV. 12. 11—12 omninoque omnium agrorum fylvarumque III. 18, cui in lucis immolatur agno et hoedo I. 4, 11: II. 17, 32: iam cum poëtae nemora ament et folitudinem fequantur, per Faunum fe poëta ab arboris ictu fervatum dicit II. 17, 28. cl. I. 1, 30—32: *velox* I. 17, 2: Fauni, plur. E. I. 19, 4. E. II. 3, 244 in dramate fatyrico comites Bacchi ipfi et Satyri.

Faufta, Sullae filia S. I. 1, 64.

Fauftitas, *alma* IV. 5, 18: Felicitas, publica dea, alibi Copia pleno cornu v. Carm. faecul. v. 61.)

Favonius, f. Zephyrus, „qui omnino in terris auftralibus gratior eft," I. 4, 1. veris comes *IV*. 12, 1: vere primo (*VII*. Id. Febr.) fpirare incipiunt Favonii; hibernum mollire coelum, et mare navigabile reddere dicuntur: hinc *candidi* III. 7, 1.

Febres, I. 3, 30. E. I. 2, 48, quo modo morbi pallentes in limine Orci cubant ap. *Virg*. Aen. *VI*. 275.

Ferentinum (hod. Ferentino) municipiolum Hernicorum in via Catina (Gell. Noct. Att. X. 3.) E. I. 17, 8.

Feronia, Nympha fontis ad Anxur, quae fanum habebat prope Tarracinam S. I. 5, 24.

Fefcennina carmina, E. II. 1, 145 funt, monente ibi Scholiafte, carmina iocularia et probrofa, dicta a Fefcennia, Etruriae oppido, etiam *Atellanica* apellata, de quorum origine lege Livium narrantem VII. 2. cl. de more fimili apud Graecos E. II. 3, 220 et 275.

Fidenae, oppidum Latii antiquum

II. 3, 101. *ruit* in aliquem S. II. 7, 88.

Forum Appii, oppidum Latii veteris ad Appiam viam, prope tres tabernas; unde per paludes Pomtinas ad Feroniae fanum nauigabatur S. I. 5, 4. De his oppidis, quae *fora* dicebantur, Sigonius de antiquo Iure Italiae II. 5.

Fufidius, foenerator avarus S. I. 2, 12 — 22.

Fufius, histrio S. II. 3, 60, in Ilionâ Pacuvii fabulâ agere solitus personam Ilionae f. Hecubae.

Fulvius, gladiator celebris S. II. 7, 96.

Fundi, municipium in Appiâ viâ parvum Tarracinam inter et Formias S. I. 5, 34.

C. Fundanius, scriptor comoediarum probabilis S. I. 10, 40 42: S. II. 8, 19. Ciceronis amicus, Varronis socer, Cic. ad Q. fr. I. 2 et 3 Varro de re ruft. I. 2.

Furiae I. 28, 17, in proelio vagantes occidunt homines cl. Hom. Il. 18, 535: agunt dementem Orestem S. II. 3, 135. *furiale caput* III. 11, 17 furiarum instar. Cf. *Eumenides*.

Furius, vid. *Bibaculus*.

Furnius, historicus, vir doctus, Horatii amicus, homo candidus S. I. 10, 86.

Furor, Ep. V. *nocturnus occurram furor*, „noctu me vobis obiiciam, vos exterrebo furiali habitu: sed Furorem posuit poëta quum de puero agatur."

Fuscus, Vid. v. *Aristius*.

G.

Gabii, Latii oppidulum, fere inter Romam et Praeneste, E. II. 2, 3. E. I, 15, 9; tum temporis E. I. 11, 7 desertum, olim (Liv. I. 52. Val. Max. VII. 4, 2.) frequens et tam validum, ut Tarquinius Sup. cum hanc saepius aggressus virtute capere non posset, ad fraudes et dolos converteretur.

Gades, (h. e. sepes lingua Phoenicum) hodie *Cadix*, extrema versus occidentem insula in Hispania Baetica, cum oppido eiusdem nominis, quod celebrem portum habuit et adhuc habet; ponitur pro extremis, remotissimis terrarum locis II. 6, 1. II. 2, 11: Hesperia f. Hispania in occidentem Romanis terrarum ultima.

Gaetulia, pars Libyae interioris, hinc pro totâ Africâ; ut *leo* Gaetulus, *leaena* Gaetula I. 23, 10: III. 20, 2

III. 4, 35. (cf. *Dacis ultimi* II. 20, 19; equitatu validi, ab Augusto repulsi II. 9, 33 cl. hist. §. 65.

Genauni; Rhaetiae populi IV. 14, 10—13 cl. Plin. III. 20, ubi hodie *Val Anagnia*. „Rhaetis et Vindelicis substituit poëta *Genaunos* et *Breunos*, gentes Cisalpinas, istis finitimas, bellique socias (cf. Strabo IV. p. 316.), quo maior ex devictarum gentium multitudine victoriae esset species ac dignitas."

Genius, suus cuique additus tutor daemon, sua cuiusque natura E. II. 2, 187—89: E. I. 7, 94: expiatur floribus et vino E. II. 1, 140 et 144 cl. C. III. 17, 14 et 15. E. II. 3, 209—10 cl. E. II. 2, 210. Haberfeldt: „Jeder Mensch hatte, so wie jeder Ort (Virg. Aen. VII. 136) jede gesellschaftliche Verbindung, jede Beschäftigung einen *Genius*, der ihn, wenn er nur durch Opfer seine Gunst zu erhalten wußte, (Pers. Sat. II. 3. Hor. Epist. II. 1, 143. 144. Carm. III. 17, 14. 15. Epist. II. 3, 209—210) nie verließ, schützte und beystand (E. II. 2, 187. *Voss zu Virgils Landbau* I, 302. S. 45.). Kein Schwur war fast heiliger, als der bey dem Genius, und wenn man von einem etwas dringend verlangte, so konnte man der Gewährung gewiß seyn, wenn man ihn bey seinem Genius darum beschwor."

Germania, horrida, fera, IV. 5, 26: Ep. XVI. 7 eiusque *pubes caerulea*, caeruleis oculis truces, Boettiger: „Hor. denkt hier an den Einfall der Cimbrer und Teutonen A. V. 641 – 53 von welchen Plutarch in Mario c. 11. T. III. p. 73. Hutten. sagt, man hätte sie ihrer Riesenkörper und *blauen Augen* wegen, Χαροποτητι των ὀμματων für Völker teutschen Ursprungs gehalten. Truces et caerulei oculi sind beym Tacitus de M. Germ. c. 4. Nationalmerkmahle der Germanen, vergl. Conring de habitus corporum Germanicorum causis p. 11." Quod attinet ad locum IV. 5, 26. „fetus Germaniae horridae, docta epithetorum permutatione, pro *fetus Germaniae horridos*, Germanos adspectu truces, immani virium robore quantumvis feroces, ita enim accipi debere docet oppositionis (τω *paveat*) elegantia."

Eury-

H.

catur

catur I. 16, 4, Italiam dividens a Graecia: a Noto i. Austro agitatus I. 3, 14—16; quo non arbiter Hadriae maior tollere seu ponere vult freta; hinc *inquietus* III. 3, 5, et *rauci* Hadriae fluctus fracti II. 14, 14: Hadriae *sinus ater* (in sinus se curvans aestuando) III. 27, 19: *fretis acrior Hadriae curvantis Calabros sinus* I. 33, 15—16. i. e. ,saevior fluctibus *Hadriae* tempestuosi, facientis sinus, dum a Calabriae litore refunditur:" hinc *improbo* (turgido, tempestuoso) *iracundior Hadria* III. 9, 22—23. Cf. et II. 11, 2 —3. (E. I. 18, 63.)

Haedus, pro haedis, duabus stellis ad sinistram aurigae Carm. III. 1, 28. Haedi orientes et occidentes tempestates conciere solebant: oriuntur autem pridie Non. Oct. (6. Oct.) vespere.

Haemonia, ab Haemone dicta, Thessalia ab eius filio Thessalo (Apollodr. fragm. ed. Heyn. p. 1123) I. 37, 20, *nivalis* ob montes.

Haemus, Thraciae mons, *gelidus* (ob silvas) I. 12, 6.

Hagna, amica S. I. 3, 40.

Hannibal, Poenorum ille dux illustrissimus, quicum Romani bellum Punicum alterum gesserunt, quo nullum neque maius unquam iis fuit, neque periculosius (Liv. XXXVIII. 53) ab a. inde 534 ad 551 usque, vicit Romanos duce L. Aemilio Paulo ad *Cannas* proelio atrocissimo a. 536. I. 12, 38: *durus* II. 12, 2, „cuius nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat; caloris ac frigoris patientia par caet. (Liv. XXI. 4.)" *dirus* III. 6, 36, IV. 4, 42: *parentibus abominatus* (ob caesos multis proeliis filios) Ep. XVI. 8: *perfidus* (ut omnes Poeni) IV. 4, 49, „qui, excisa Sagunto, foedus ruperat, bellum nefarie inceperat:" Eius *minae reiectae retrorsum* IV. 8, 16. „excidium urbis, eversioque imperii Romani, quam Hannibal minatus fuerat, a Scipione *retrorsum*, in ipsum *reiecta*, ipsius regno vicissim intentata, Africam traiiciendo, ibique ferro atque igni grassando." Devictus est ab Africano superiore IV. 8, 15—20.

Harpyiae rapaces S. II. 2, 39, vid. Heyne Exc. VII. ad Aen. III. T. II. p. 358.

Hasdrubal, Hannibalis frater, a. C. Claudio Nerone devictus IV. 4, 38 et 72. vid. Liv. XXVII. 43. sqq.

Hebrus,

culeus labor I. 3, 136. i. e. Hercules laboriosus s. fortissimo conatu cl. III. 14, 5 et E. II. 1, 10; descendit ad inferos I. 3, 36. Cerberum inde abstracturus Virg. Aen. VI. 123 et 392—96: adiuvat Iovem in debellandis Titanibus II. 12, 6—9 cl. III. 4, 42—64: occidit Hydram Lernaeam IV. 4, 61—62. Nessi Centauri cruore venenato delibutus Ep. XVII. 31 et III. 17 per tunicam ipsi a Deianira missam, rogum ascendit ipse se combusturus, et ob animi magnitudinem inter deos refertur III. 3, 9—10 cl. 1—8: IV. 8, 29: IV. 5, 36 cl. 31—35: Herculi, athletae robustissimo, gladiator rude donatus arma dedicat E. I. 1, 5: eidem attribui solebant lucra inopinata S. II. 6, 12. In sacris Herculeis corona populea solennis C. I. 7, 23. Eschen: Die Pappel war dem muthigen kraftvollen Hercules geweiht: vorzüglich die Weisspappel, weil Hercules, nach Harpocration und Anderen, mit dem Laube dieses Baumes (der bey Homer desshalb ἀχερωίς heisst) gekränzt, vom Acheron kam und den Cerberus heraufbrachte (Theocrit. II. 121 Schol.). Der Pappelkranz ist für Teucer um so bedeutender, da Telamon dem Hercules im älteren Kriege gegen Troia und gegen die Amazonen half, und mit jenem den rinderhütenden ungeheuren Alcyones tödtete (Pindar. Nem. IV. 39—52. Isthm. VI. 38—80. Sie waren so grosse Freunde, dass, nach Theocrit. (XIII. 38) Beide als Gefährten, stets an Einem Tische sich labten."

M. Hermogenes Tigellius, Sardus, libertinus, cantor celebris S. I. 2, 3 et S. I. 3, 129, ubi est *cantor et modulator optimus*; morosus tamen S. I. 3, 3—8 (ic. ad div. VII. 24, 6: Tigellius, qui sciret, se nepotem habere *bellum tibicinem sat bonum cantorem*, discessit a me iratior) moritur (circa annum 714—16, si vera est Bentleii temporum ratio) S. I. 2, 3: homo in omni vita levissimus S. I. 3, 3—19: Caesaris dictatoris et Octaviani amicus S. I. 3, 5. cl. Cic. ad div. VII. 24, 2, ubi §. 3 est *homo pestilentior patria sua* (Sardinia) cl. in *Sardinia*. Contra Tigellius, obvius S. I. 10. 18. 80 et 90. S. I. 4, 72 nec non S. I. 9, 25, Wielandio ab illo diversus esse videtur. Loquitur

num E. II. 3, 359—60: nihil tamen molitur inepte E. II. 3, 140—152 cl. 129.

Honor, Carm. saec. 57 „Virtutis comes, cum eaque contigua aede Romae cultus, ut ex Liv. XXVII. 25 constat. Aliud eiusdem sacellum extra Portam Collinam erat; vid. Cic. de Legg. II. 23."

Horae, (*Jahreszeiten*) anni partes, vicissitudinesque temporum I. 12, 16. cl. Hom. Il. V. 749—51 et Ovid. Met. II. 26—30 et Hesiod. Th. 901—3, qui eas Iovis et Themidis filias appellat Eunomien, Dicen et Irenen. Cf. IV. 7, 8 ubi Hora dea vicissitudinis temporum (III. 8, 27).

Hyades (ἀπὸ τοῦ ὕειν, a pluendo) vel Suculae, das Regengestirn „stellae in fronte Tauri ortu et occasu suo tempestatem ac pluviam excitare creditae." Hinc *tristes* (trüb), contristantes I. 3, 14.

Hydaspes (hodie Chelum) Indiae fluvius, *fabulosus* I. 22, 8 „propter miras narrationes, quae de eo et de tota India tradebantur, de immanibus eius belluis, monstris caet."

Hydaspes, servus India Orientali natus, fuscus, S. II. 8, 14 Wieland: es gehörte zu der Ostentation reicher Römer, Sclaven von allerley Nationen und Farben zu haben.

Hydra lernaea, serpens multorum, sive VII. s. IX. s. L. s. C. (mythi enim variant) capitum, ab Hercule occisa E. II. 1, 10. C. IV. 4, 61. cl. Ovid. Met. IX. 69 seqq. Apolld. II. 5, 2. „*non firmior*, *firmius crevit in Herculem*, docta brevitate pro, non magis *secto corpore*, resecto uno capite novo succrescente capitum numero, virium incrementa cepit, quibus obniteretur Herculi. Nova adversus Herculem *subrecta* capita docte τῷ *crevit* designat poëta."

Hylaeus, Centaurus (vid. *Centauri*), ebrius Hippodamiam Pirithoi uxorem primus violare conatur II. 12, 6 cl. Apollodr. III. 9, 2.

Hymettus, Atticae mons, nobilis marmore (hinc *trabes* Hymettiae, i. e. marmoreae II. 18, 3 cl. Plin. XVII. 1: XXXVI. 3), et *melle* ubi non Hymetto mella decedunt, ubi mel excellentissimum II. 6, 14. (S. II. 2, 15). *Eschen*: der Honig von Hymettus (jetzt Monte matto und von den Neugriechen Lampros bouni-

 ge-

deorum deum. Templum huic Romae consecratum, quod tempore pacis claudebatur, tempore belli patebat (unde Patulcus et Clusius). Hinc *Ianus Quirinus*, quasi bellorum potens, ab hasta, quam Sabini *curim* vocabant (Macrob. c. l.) *vacuus duellis* IV. 15, 8 et 9 „vacare bello docte Ianus dictus, quatenus clausus signum est imperii bello vacui; *custos pacis* (clausus) E. II. 1, 253 - 55, cl. hist. §. 58: Ianus *summus ab imo* („Ianus vom untern bis zum obern Ende, d. i. man hört auf der Börse zu Rom von einem Ende zum andern nichts, als das,") E. I. 1, 54. sive Ianus totus, omnis vicus Iani, i. e. omnes, quotquot ibi sedent, *foeneratores*, cl. Cic. Off. II. 25, 7; ubi: *de quaerenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda commodius a quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus, quam ab ullis philosophis ulla in schola disputatur* — Tres Iani (grosse gewölbte Durchgänge) in foro Romano erant, curiam mercatorum (Börse) urbis Romae efficientes: etiamsi enim ad Ianum medium (i. e. inter Ianum summum et imum), haud procul ab aede Iani, negotiatoribus argentariis mensae et conclavia scriptoria essent, latius tamen res argentaria patuit; ut argentarii tres Ianos tenere viderentur. S. II. 3, 18. *omnis res mea* (familiaris) *Ianum ad medium fracta est*, i. e. omnis res mea deperdita est. In rostris enim, notante Scholiaste ad h. l., simulacrum Iani erat, ubi res pecuniariae agebantur per foeneratores: ad Ianum, sive Iani Arcum erant etiam columnae, seu pilae *bibliopolarum* E. I. 20, 1 et 2 cl. E. II. 3, 374: a Iano homines operum vitaeque labores primos instituunt S. II. 6, 20 sqq. et Epist. I. 16, 59.

Iapetus, Coeli et Terrae filius, Saturni frater: eius *genus* sive filius I. 3, 27 est *Prometheus* q. v.

Iapyx, III. 17, 20: I. 3, 4 graece [illegible] (*Nord-West*, sive *West-Nord-West*) „ventus occidentalis, ab Iapygibus, extremam Apuliae oram, s. Calabriam incolentibus sic dictus, Graeciam ex Italia petentibus secundus." Apoll. Argon. IV. 819, 21 et 765—69.

Iarbita Cordus, E. I. 19, 15; ubi Scholiastes: facete posuit Iarbitam pro *Mau-*

VI, 779) five Rhea Sylvia, virgo Vestalis a Marte compressa peperit Romulum et Remum, quae post mortem diva nupsisse dicitur Tiberi sive Tiberino I. 2, 17: III. 9, 8: IV. 8, 22: S. I. 2, 126.

Iliona, Priami et Hecubae filia, cuius nomine inscripserat tragoediam Pacuvius S. II. 3, 61, in quâ, ut in Euripidis Hecubâ, apparet Polydori umbra, implorans opem illius Ilionae, quae Polymnestori Thracum regi, a quo Polydorus fuerat interfectus, nupta, huius soror erat et mater nutritia, cl. Cic. Tusc. I. 44. Ecce alius exoritur e terra qui matrem dormire non sinat: *In quae curam somno suspensam levas, Neque te mei miseret: surge et sepeli natum.* Acad. Quaest. II. 27. Quid Iliona somno illo? *Mater, te appello!* Nonne illa credit filium locutum, ut vere experrecta etiam crederet. In illâ fabulâ agere solebat Ilionae personam Fufius, Polydori Catienus Vers. 60 et 61.

Ilios, (πολις) (generis feminini Ep. XIV. 14: IV. 9, 18, ut Ιλιος ἱρη Hom. Il. IV. 416. 448), Ilion (ἀστυ) sive Ilium (gen. neutrius IV. 4, 53: III. 19, 4: III. 3, 23 cl. 18, ubi Bentl. mavult *damnatam*), *obsessa et accensa* Ep. XIV. 14: IV. 4, 53; *non semel vexata* IV. 9, 19 (antea enim iam obsessa et expugnata fuerat ab Hercule Apollodr. II. 6, 4), post decem annos capta et diruta I. 15, 33—36 cl. III. 19, 4. Hinc Iliae *matres*, *turmae* Iliacae *domus*, Iliacum *carmen* (Homeri Ilias) Ep. XVII. 11: Ep. XVIII. 37: I. 15, 36: E. II. 3, 129: Iliaci *muri* E. I. 2, 16. Cf. et v. *Troia*.

Ilithya (gr. Ειλειθυια Hom. Il. XVI. 187), Diana Lucina, quam parturientes solebant advocare Carm. Saec. 13 et 14.

Illyricae undae, I. 28, 22 sunt mare Hadriaticum, ad cuius alteram partem sita est Illyria (Illyricum) Italiae opposita.

Imago, sc. vocis Echo I. 12, 4: I. 20, 8.

Inachus, antiquissimus Argivorum rex, „a quo ultima temporum procedebat computatio," II. 3, 21: III. 19, 1 annis fere 607 ante Troiam captam.

India, quo nomine generali omnes Orientis partes, inprimis remotiores notari solebant, dives auro, ebore, unionibus, gemmis III. 24, 2: I. 31, 6: E. I. 6, 6. Hanc subiectum iri Romano imperio,

le) IV. 5, 3. certamen in ludis Isthmicis in Neptuni honorem in Isthmo Corinthio celebrari solitis.

Ithaca, hodie Theaki, Insula in mari Ionio, Vlyssis patria S. II. 5, 4. E. I. 6, 63. (per montium et fruticetorum asperitatem) *non aptus equis Ithacae* (h, in Ithaca) *locus* E. I. 7, 41. cl. Hom. Odyss. IV, 604—607.

Itys, filius Terei, regis Thraciae vid. v. *Procne*. *Ityn* (Ityos necem) *flebiliter gemens avis* IV. 12, 5. Boettiger: Hor. folgt hier der gewöhnlichen Fabel, nach welcher die in eine Schwalbe verwandelte Procne ihren Sohn Itys durch ihr klägliches Zwitschern beweint. Ovid. Metam. VI, 669.

Iuba, Hiempsalis filius, Micipsae nepos, Masinissae pronepos, Mauritaniae rex I. 22, 15.

Iudaei: eorum sabbata S. I, 9, 69. tricesima, quae explicare possis tricesimam hebdomadem, vel cum Gesnero post Scaligerum et Seldenum, tricesimum mensis lunaris diem: *curti* S. I. 9, 70, i. e. circumcisi: Iudaeus Apella S. I. 5, 100: ad sua sacra alios cogunt S. I. 4, 143: superstitiosi et creduli S. I, 5, 100.

Iugurtha, (II. 1, 28) Numidiae rex, a Mario victus et in triumpho ductus a. 648; hinc Iugurthinum bellum Ep. IX. 23—24 cl. II. 1, 28. Eschen: „*Iugurtha*, König des Numidischen Reichs in Africa, ward in dem Kriege der Römer mit ihm zuletzt von seinem verrätherischen Schwiegervater Bocchus, dem Könige von Mauritanien, an den Sylla, den Legaten des Consuls Marius, ausgeliefert: und dieser schmückte mit ihm 647 seinen Triumphzug zu Rom. Darauf ward Jugurtha in ein tiefes kaltes Gefängniſs geworfen, und nach sechstätigem Kampfe mit dem Hunger, wahrscheinlich erdrosselt. Doch die Manen des Iugurtha, singt Horaz, erhielten bald Genugthuung, da durch Iuno's und anderer Götter Willen, die den Afern günstig waren, und *machtlos* gegen Roms Glück einst hatten aus dem nicht gleich *gerächten* Africa *weichen* müssen, die *Nachkömmlinge* der in Africa vorher *siegenden* Römer in eben diesem Lande durch Bürgerkrieg getödtet fielen. In der Schlacht

58: I. 34, 7—8, fulmina manu emittens III. 3, 6; III. 5, 1. Hinc ipse *supremus* I. 21, 3: I. 32, 13 cl. E. I. 1, 106: ponitur pro *coelo*; hinc sub Iove *frigido* I. 1, 25, i. e. sub coelo per noctem cl. Ep. XIII. 2, et *Iupiter malus urget mundi latus* (australe) I. 22, 19, cl. Ovid. Met. I. 65 (contraria [Septentrioni] tellus nubibus assiduis pluvioque madescit ab Austro). Nam, ut Stoici volunt, Iupiter est *aether*, Iuno *aër*. Iupiter s. Aether cum imbribus nivibusque in terram descendit (Ζευς καταβατης) h. e. nivis imbriumque maxima molis ruit Ep. XIII. 1 et 2. Cf. inprimis Cic. nat. deor. II. 25, 5. c. 26, 2 cl. Virg. Georg. II. 325—27: *Diespiter* (diei et lucis pater) I. 34, 5. III. 2, 29: pater

Minervae I. 12, 17—20

Apollinis et Dianae ex Latona I. 21, 1—4:

Bacchi ex Semele II. 19, 21.

Herculis ex *Alcmenâ* q. v.:

Martis ex Iunone III. 3, 31 cl. 16 et 64: Persei ex Danaë III. 16, 1—8; eius sidus nascentibus sub eo salutare II. 17, 22—24. Nam stella, ut Cicero ait divin. I. 39, Iovis aut Veneris coniuncta cum Lunâ ad ortus puerorum salutare est, Saturni Martisque contraria.

Eius templum in Capitolio illustrissimum. Hinc III. 5, 12 incolumi Iove, i. q. sequitur, incolumi urbe Roma cl. III. 30, 8 cl. IV. 15, 6.

Postremum illa Horatii: *Rides*, *ait*, *et Iovis auribus ista servas* (der Herr beliebt zu scherzen, wie ich merke, und spart für Iovis Ohren seine Sachen auf), Epist. I. 19, 43. non sunt praetereunda. Wieland: Eine von den Griechen entlehnte sprichwörtliche Redensart, welche von Leuten gebraucht wurde, die ohne Noth aus ihren Angelegenheiten ein Geheimniss machten. Hier kann sie füglich auf August gezogen werden, der damahls, wenigstens in den Provinzen, bereits Altäre hatte, und öffentlich auf Münzen und Denkmählern unser *Herr Gott August* genannt wurde."

Iura, I. 28, 32 gr. Δικαι.

Iustitia, soror Fidei I. 24, 6: *potens* II. 17, 15.

Ixion, Thessaliae rex, Iovis contubernalis cum Iunonis amplexus petiisset, apud inferos rotae illigatus poenas luit III. 11, 21.

iussus quingentisque sestertiis et annulo aureo donatus Sueton. Caes. 39 Macrob. II. 7, et VII. 3 poëta clarus et mordax, cuius dicendi genus notatur S. I. 10, 6 cl. Macrob. l. c., ubi est insigne eius fragmentum, et Gell. XVI. 7.

Lacaena, Λάκαινα, s. femina Spartana (ut Laco de viris) mulier II. 11, 23; III. 3, 25: Helene Lacaena IV. 9, 16. „Forte cum vi, quae in Spartana regia nihil tale vidisset." Lacon *canis* Ep. VI. 5; Phalantus II. 6, 11.

Lacedaemon, urbs Peloponesi, Spartanorum princeps, *patiens* I. 7, 10 (Spartanorum enim moribus, ut ait Cornel. in Alcib. XI. 4, summa virtus in patientiâ ponebatur.

Laconica purpura, (vid. v. *Afer*). *Eschen*: „Der *Laconische Meerpurpur*, dessen unter andern Pausanias (in Laconic.) mit grofsem Lobe gedenkt, war der beste aus Europa, wie der von Tyrus der beste aus Asien; der von Meninx und vom Getulischen Oceanufer, aus Africa (Plin. IX. 36). Cassiodor meldet (Lib. I. ep. var. 2.) dafs zu seiner Zeit der Purpur von Otranto der gepriesenste war. In der Jugend des Cornelius Nepos, der unter der Herrschaft des Augustus starb, hatte der violette Purpur das gröfste Ansehen; bald darauf der rothe Tarentinische; und diesem folgten die Gewande der zweymahl in Tyrischem Purpur gefärbten Wolle (Carm. II. 16, 35.) die, je besser sie gefärbt war, desto höher mufste gehalten werden, um ihren Glanz zu zeigen. (Plin. IX. 39, Senec. Quaest. natur. I. 5). Den Purpur tragen die Purpurschnecken, deren es verschiedene Arten giebt, in einer Ader, und speyen ihn im Frühlinge als eine wachsartige Feuchtigkeit aus. Herr von Reaumur, der an der Meerküste von Poiton eine Art der Purpurschnecken fand, muthmafst, dafs der kostbare Purpur in den Adern aus Eyern gewisser Fische besteht; dafs diese Eyer ienen Schnecken zur Nahrung dienen, und wegen ihrer Unverdaulichkeit für sie, wieder von ihnen ausgespieen werden.

C. Laelius, *Sapiens*, Scipionis Africani iunioris familiaris, Lucilii poëtae ami-

Le-

Lapithae, Thessaliae populus (fabulis celebratus), a quo Centauri in Pirithoi nuptiis, ebrii sunt trucidati I. 18, 8: II. 12, 5.

Lares, IV. 5, 34. S. I. 5, 65. S. II. 3, 164, quibus primitiae fundi offerri solebant S. II. 5, 12—14. C. III. 23, 4: Lares *patrios exsecrati* profugiunt Phocaei Ep. XVI. 18: *Lares mutant* Troiani Ep. XVIII. 39, qui patria relictâ in Italiam aufugiunt: lar pro domo E. I. 7. 58: C. I. 12, 43: III. 29, 14; spec. domus, schola philosophica E. I. 1, 13, q. C. I. 29, 14 domus: pro domo et re familiari S. I. 2, 56. E. II. 2, 51.

Larissa, Thessaliae urbs, *opima*, I. 7, 11. q. Homero Il. II. 841. ἐριβώλαξ.

Latinae, (scil. *feriae*) E. I. 7, 76 sive ludi Romani, magni, d. 4—12 Sept. in monte Albano celebrari soliti Dionys. Halic. IV. 49; quibus Romanos rusticari et a negotiis urbanis se recreare solitos fuisse, ostendit vel Crassi oratoris ap. Cic. Or. I. 7, exemplum.

Latium, cuius caput olim Alba, deinde Roma, *agreste*, ferum olim, deinde a Graecis excultum E. II. 1, 157. E. II. 3, 289; *ferox*, bellicosum I. 35, 10: IV. 4, 40.

Latona, gr. Λητώ, dor. Λατώ Apollinis et Dianae mater ex Jove I. 21, 1—4: IV. 6, 37; hinc *Latous* (sc. filius) I. 31, 18 est *Apollo*, q. v.

Laverna, nympha quaedam, in cuius luco Romani sub Romulo rapinam in tuto posuerunt; postero tempore dea non tantum praedonum et furum, sed etiam eorum, qui res arcanas secretasque tractabant E. I. 16. 60: hypocrita simulat preces ad Apollinem, quas clanculum mittit ad Lavernam.

Laurentum, Latii oppidum; hinc Laurens *aper* S. II. 4, 42.

Lebedus, Joniae urbs maritima, haud procul Colophone, celeberrima olim (Plin. V. 29: Herodt. I. 142 seqq.), sed a temporibus Lysimachi, qui eam evertit, eiusque incolas Ephesum deduxit, deserta E. I. 11, 6—10, cl. Pausan. I. 9, 8 et VII. 3, 2.

Leda, Tyndari Spartae regis uxor, et ex eo Castoris et Clytaemnestrae mater, ex Jove autem Pollucis et Helenae I. 12. 25 cl. in *Castor*.

Lenaeus, cognomen Bacchi III. 25, 19.

Leo,

vius von einer mörderischen Seuche Libitinam vix suffecisse, Liv. XL. 19, 41, 21. - Nach einer bekannten Metonymie steht nun diess Wort beym Horaz in mehreren Stellen, Carm. III. 30, 6 et 7 Epist. II. 1, 49."

Libonis puteal, (a Scribonio Libone aedificatum) E. I. 19, 8 cl. S. II. 6, 35 fuit, notante Scholiaste, sedes praetoris prope arcum Fabianum, et quidem in porticu Julia, ubi foeneratores consistere et foenera tractare solebant. Haberfeldt: „Es gab, nach Salmas. Exercitt. in Solin. (p. 801. sqq.) ein doppeltes *Puteal*. Ueber dem *einen*, auf dem Comitium, zur linken Seite der Curia lag das berühmte Scheermesser vergraben, womit der Augur *Attius Nävius* zur Beschämung des unglaubigen Königs *Tarquinius Priscus* einen Schleifstein zerschnitt (Cic. de Divin. I. 17, Liv. I. 36). An dem Orte, wo das *andere* Puteal (*puteal Libonis*, oder Scribonianum) auf dem Forum stand, hatte vorher ein Sacellum (ein eingemauerter heiliger Platz) gestanden, der in der Folge vom Blitz getroffen und beschädigt worden, und also nach römischem Glauben in doppelter Rücksicht heilig war. Als daher einst *Scribonius Libo* (welcher Libo, und wenn? ist ungewiss) vom Senate den Befehl erhielt, alle vom Blitz getroffenen Orte zu untersuchen, und das Nöthige dabey vorzukehren; so errichtete er hier ein *Puteal*, oder ein Brunnenähnliches Gemäuer ohne Dach, in Form eines Altars, s. Sigonius de antiquo Jure Rom. civ. II. 18, Fulv. Ursinus de Famil. Rom. p. 249. Bey dem Puteal Libonis, wo gewöhnlich das Tribunal des Praetors war, trieben, (wie Saumaise a. a. O. bewiesen) auch die Foeneratores, vorzüglich ihr Wesen (Cic. de Sext. 8. Ovid. Rem. Amor. 561); es ist also hier darunter *der Wucher* zu verstehen. Der Sinn wäre also: Nüchterne Leute und Wassertrinker mögen sich mit den trockenen nüchternen Geschäften, die man auf dem Foro und bey Libons Puteal treibt, mit Rechtssachen und Wucher, beschäftigen: nur das Dichtertalent spreche ich ihnen ab."

Li-

pro-

proclivis est, in hunc licentia cadit. Praeclare igitur hanc in Deorum, a quibus ad amorem infligetur, numero poeta posuit I. 19, 3. *Licentia*, Veneris comes, *lascivà* c. l. nullo nodo constricta Claudian. I. 78 cl. Cic. Leg. II. 17, ubi templum *Licentiae* dicit, quod Clodius *Libertati* consecraverat), ubi est *Muthwille*, *Neckerei*, *Lüsternheit*; sensu contra malo est *Licentia rectum ordinem evagans*, *cui Augustus censor frena iniecit* IV. 15, 10 q. e. *indomitam refrenare* Licentiam III. 24, 29.

Licinius, II. 10 vid. v. *Proculeius*.

Licinus, tonsor E. II. 3, 301, a Caesare in senatum receptus, quod Pompeii partibus vehementer fuerat adversatus. Cui utpote praediviti cum heredes tumulum marmoreum posuissent, in hunc vir quidam bonus hoc scripsit epitaphium, Scholiastae servatum:

Marmore tumulo Licinus
iacet, at Cato nullo,
Pompeius parvo! quis
credat esse deos?

Licymnia, mulier pulcherrima, quam Bentley putat esse Terentiam, Maecenatis uxorem, II. 12, 13—28.

Ligurinus, puer formosus IV. 1, 33; IV. 10, 5.

Lipareus, III. 12, 5 ortus Liparà, maris mediterranei insula, quae et urbem huius nominis habet, prope Siciliam sita, principe insularum, quae appellantur Aeoliae.

Liris, amnis taciturnus I. 31, 7, i. e. lenissime fluens (Latium seiungens a Campaniae orà III. 17, 8) cl. Sil. Ital. IV. 350—52: Liris, nutritus aquis, fonte quieto dissimulat cursum, ac nullo mutabilis imbri perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas.

Livius Andronicus, poëta comicus B. II. 1, 62 et 69, qui primus fabulam Romae docuit a. u. 510 aut 514 a quo dicuntur Liviani modi.

M. Lollius Palicanus, propraetor Galatiae a. 728 ab Augusto praepositus, Dio LIII. 26; posthaec cum Q. Aemilio Lepido consul fuit a. u. 733 E. I. 20, 28. A. autem 737 Caesaris legatus in Germaniam missus, gravem cladem a Germanis est perpessus Dio LIV. 20: Tacit. Annal. I. 10: Suet. Aug. 23, et Vell. II. 97, qui eum notat hominem in omnia pecuniae, quam recte faciendi cupidiorem, et in-

mento scripsit Augustum, Sueton. Tib. 15. Tacit. Annal. XV. 39, 1, In lisque turrim, i. e. palatium exstruxerat, Sueton. Ner. 38. Hinc beatus i e. dives III. 29, 13. praedicatur a Nostro Ep. IX. 4, qui eius domum vocat molem propinquam nubibus arduis III. 29, 10.

3) Missus autem est a. u. 713 et 716 ab Augusto ad Antonium ad componendas controversias inter illos ortas praefectusque urbi ab eodem contra Pompeium bellum administrante ad plebem in officio retinendam, quae a. 717 ob adversa, quae illi acciderant et ob memoriam Pompeii Magni tumultuabatur; nec minus annis insequentibus negotia publica tum in urbe, tum per totam Italiam administravit (Tac. Ann. VI. 11, 3 cl. XIV. 53, 3, ubi dicitur Romae pluribus laboribus iactatus ampla quidem, sed pro ingentibus meritis praemia ab Augusto accepisse), et in praelio Actiaco a. 722 cum Liburnicis Antonianas naves est persecutus; iterum deinde eum urbi August. praefecit (hist. § 56) a. 722; nec non per annos 731—34, quibus ille absens fuit (hist. 64 et 65); et a. 737 secum in Galliam comitem duxit (§. 66).

4) Tantum autem hic et Agrippa apud Augustum gratiâ valuerunt, ut, cum duas ille ingentis magnitudinis gemmas haberet, Sphingis imagine insculptas, alterâ signaret ipse, alteram penes hos relinqueret, ut per absentiam suam, quae postulassent tempora, epistolae et edicta ipsius nomine proponenda signarentur Plin. XXXVII. 11. Suet. Aug. 50. cl. Horat. S. II. 6, 38: quamquam aetate provectâ speciem magis in amicitiâ Principis, quam vim tenuit, ut ait Tacit Annal. IV. 24.

Idem Augusto, ne rempublicam redderet, dissuasit a. 724 (hist. §. 59).

5) Taciturnitas autem eius inprimis celebratur, quam Augustus non nisi semel desideravit, cum secretum de compertâ Muraenae coniuratione, uxori Terentiae, cuius ille frater erat, prodidisset, referente Sueton. Aug. 66 cl. hist. §. 64: nec minus laudatur eiusdem in admonendo Augusto libertas Dion. 55.

6) Maecenas ut ipse literas colebat, indeque

ut Caesaris historiam conscribat, a poëtâ admonetur II. 12, 9—12, cum et Latinas et Graecas literas sit doctus III. 8, 5 cl. E. I. 19, 1, quamquam orationem nimis comtam affectans, adeo ut Tacitus (or. 26, 1.) *calamistros* eius notet, et Augustus, ipse orationem elegantem, puram et apertam sequens, Maecenatis sui μυροβρεχεῖς cincinnos usque quaque persequeretur et imitando per iocum irrideret, referente Sueton. Aug 86; ita omnium doctorum, inprimis poëtarum Virgilii, Varii et Horatii nostri (S. I. 6, 54) patronus excelluit ita, ut viri potentes, virorum doctorum literarumque fautores et hodie Maecenates salutari soleant. Ab hoc enim Noster non solum Augusto fuerat commendatus, ut praecipuum in eius gratiâ locum teneret, sed etiam Sabino praedio donatus II. 18, 12—14 cl. III. 16, 38; II. 18, 12. Hinc idem hic poëtam nostrum adhortari solebat ad res Augusti scribendas II. 12, 11; omninoque ad plura carmina componenda E. I. 1, 3.

7) Quae quidem omnia poëta noster grato animo agnoscens summis laudibus benefactorem ac patronum effert, praesidium columenque suum et decus illum laudans I. 1, 2; II. 17. 4; candidum eundem praedicans Ep. XIV, 5; amicum compellans Ep. I. 2 et E. I. 1, 7, 12; regem et patrem E. I. 7, 37; qui iudicare recte possit de quovis, quem ad amicitiam admittat S. I. 9, 44 cl. I. 6, 47 seqq. et inprimis E. I. 7; cui aut uni scripta sua probari velit I. 1, 35, S. I. 10, 81.

Confer omnino, quae ad hunc Noster scripsit,

Carm. I. 1 et 20.
II. 12, 17. 20.
III. 8. 16. 29.
Epod. I. 3, 9. 14.
Serm. I. 1 et 6 et 3 (cf. Vers. 64).
Epist. I. 1, 7. 19.

8) Obiit a. 745 eodem, quo poëta noster, anno; sed ante hunc, qui olim scripserat (Carm. II. 17) se superstitem esse nolle. Vid. Vit. Horat.

Vere sane de Maecenate et Agrippâ iudicans Wieland: *Agrippa* und *Maecenas*, inquit (Anm. zu Horaz. Brief. B. 2, pag. 18), denen die Welt für die wundersame Verwandlung eines tyrannischen Usurpators zu einem der besten Fürsten haupt-

hauptsächlich verpflichtet war, hatten sich in ihren Einfluss so getheilt, dass jener an der Staatsverwaltung öffentlich und unmittelbar Antheil nahm, dieser hingegen, ohne sich jemals des Vortheils seines Privatstandes zu begeben, sich der Freund und Vertraute des Fürsten zu seyn begnügte. Im Charakter des *Ersten* zeichnete sich eine a geborne Neigung zum Großen, in dem des *Andern* die Liebe des Schönen aus. Jener besaſs alle Talente und Tugenden des Feldherrn und Staatsmannes; dieser alle Eigenschaften des feinen Weltmannes und angenehmen Gesellschafters. Beide liebten die Künste; aber jener wendete sie hauptsächlich zur Verherrlichung der Stadt Rom, durch große öffentliche Werke, dieser mehr zur Verschönerung des geselligen Lebens an. *Agrippa* beeiferte sich, der Regierung des neuen August Stärke, Festigkeit und Majestät zu verschaffen; *Maecenas*, sie den Römern angenehm und liebenswürdig zu machen; und während jener preiswürdige Thaten verrichtete, munterte dieser diejenigen auf, welche sie würdig zu besingen fähig waren. Alles aber kam auf Rechnung desjenigen, unter dessen Auspicien und zu dessen Vortheil sie, jeder in seinem besondern Kreise, wirkten.

Maenius, vappa et nebulo, parasitus et nepos S. I. 1, 101 et 104: S. I. 3, 21. E. I. 15, 26; de quo iuvat apponere Scholiastae ad S. I. 3, 21 notam: qui de personis Horatianis scripserunt, aiunt, Maenium scurrilitate notissimum Romae fuisse. Hic post patrimonium obrusum, Calendis Ianuariis in Capitolio clarâ voce optavit, ut quadraginta (millia) numorum aeris alieni haberet. Quaerente quodam, quid sibi vellet, quod tam solenni die aes alienum optaret habere; noli mirari, inquit, octoginta (millia) debeo. Idem fertur domo suâ, quam ad forum spectantem habuerat, divenditâ unam columnam sibi ibi excepisse, unde gladiatores spectaret, quae ex eo columna Maenia nominabatur, cuius et Lucilius sic meminit: *Maenius columnam cum peteret*. Olim sufficiebat, Maenium nominasse ad maximam luxuriam et nequitiam describendam.

Maec-

ftat, exspectatio, ut eius mortem a. 731. insecutam universus populus communi luctu prosequeretur. Cf. Virg. Aen. VI. 861 sqq. et Vellej. II. 93. Tantas de eo conceptas spes summa et ingenii et iudicii venustate poëta expressit."

Mareoticum, vinum generosum nascebatur ad paludem Mareotidem supra Alexandriam I. 37, 14. Eschen: „*Mareotis*, ein Aegyptischer See bey der Stadt Mareia nicht fern von Alexandria, war durch die an ihm wachsenden Reben berühmt, die nach Athenäus (lib. I. p. 17) die wohlschmeckendsten Trauben und den herrlichsten Wein gaben, welcher weiss, süss, duftend und fein war, und nicht leicht zu Kopfe stieg. Der Schwelger Antonius, der von Horaz nicht genannt wird, weil die herrschbegierige Cleopatra als die Feindin erklärt ward, gegen die man den Krieg richtete, um diesem dadurch einen besseren Namen zu geben, feyerte mit der Königin stets die üppigsten Schmause und Trinkfeste, von deren übermässiger Pracht Athenäus berichtet (Lib. IV. p. 74.). Kurz vor der Schlacht bey Actium hatte er selbst eine vertheidigende Schrift über seine Trunkenheit bekannt gemacht, oder wie Plinius (XIV. 22) sagt, ausgespieen. Er liess sich sogar in Alexandria als Osiris, wie Cleopatra als Isis verehren; und in Athen zeigte er sich auf öffentlichem Theater, vor dem gesammten Volke ganz als Bacchus ausgerüstet, vom Gefolge seiner Freunde, die mit allem Bacchantischen Geräthe, Trommeln, Fellkleidern und anderem, versehen waren, umgeben und trunken hingestreckt. Auch liess er sich in Athen und allen anderen Städten Griechenlands als Bacchus ausrufen: und auf allen Münzen sieht man sein und der Cleopatra Bildniss mit der Umschrift *Liber et Libera* (Athen. l. c."

Marica, Nympha, Fauni uxor, Latini mater, Minturnensibus culta; cui iuxta Lirin amnem lucus consecratus erat, hinc Maricae *litora* III. 17, 7, i. e. ager Minturnensium.

Marius, puellam amatam, a quâ contemtus fuerat, occidit, et ipse deinde, referente Scholiaste, se praecipitavit S. II. 3, 277.

Mars,

51; *obliviosum* II. 7, 21 cl. I. 18, 4. Scias, montes continuos esse, quorum pars occidentalis *Gaurus*, orientalis *Massicus*, Septentrionalis *Falernus* dicebatur.

Matinus, Calabriae promontorium Ep. XVI. 28; unde *litus* Matinum I. 28, 3 i: e. ora Calabriae occidentalis: et Matina *cacumina* Ep. XVI. 28: *Matina* apis IV. 2, 27, quae III. 16, 33 est *Calabra*. Est quoque mons Calabriae, vicinus Venusiae Horatii patriae.

Mauritania (hodie *Marocco*); unde Maurorum *iacula, arcus et sagittae venenatae* I. 22, 2, „non quod Mauri optimi iaculatores fuerint, sed quod Mauretanica regio serpentum aliarumque ferarum frequentia quam maxime infestetur, ibique adeo sine iaculis vix tuto iter facere liceat:" hinc Mauri angues III. 10, 18. *Maura unda* II. 6, 3 die *Maurische Woge* ist das an Africa schlagende Meer, von der gegen Hispanien über liegenden Mauretanischen oder westlichen Küste Africa's, hier so genannt. Sic *Eschen*; cl. Mitscherlich autem putat intelligi debere ipsam Africae oram, deserta Libyae, ob vastas solitudines, solis fervorem, ferarumque incursus vix adeunda. „Nullam adeo vim habent, solique ornatui data existimanda sunt illa, *ubi Maura* caet. pro vulgari Syrtes Libycas, ut *Gaetulas* II. 20, 15. imitatione manifesto ad illa Catulli XI. 24. *Sive in extremos penetrabit Indos, litus ut longe resonante Eoa tunditur unda*, directa. In hanc sententiam Claudian. in Ruf. II. 242. *Te vel ad incensas Libyae comitabor arenas.*"

Maximus vid. v. *Paullus*.

Medea, Aeëtae, Colchorum regis, filia, Iasonis uxor, quem relicto patre secuta est, hinc *barbara* (peregrina in Graeciâ) Ep. V. 62, *impudica* („proiecto pudore virum externum sequuta") Ep. XVI. 58, venena tractare solita Ep. V. 62 cl. II. 13, 8 et V. 2, 9—14: Ep. XVII. 35 cl. supra v. *Colchis*: a Iasone repudiata, hunc ultura, quos ex ipso conceperat, liberis trucidatis E. II. 3, 185 et Creusâ veneno necatâ avolavit; hinc *ferox* Ep. III. 13: Ep. V. 63—66. E. II. 3, 123 cl. Euripidis Medea.

Medi vid. v. Parthi n. 2. b) *Medusque et Indus*, IV. 14, 42 cl. Boettiger: Horaz

ligen Admiral des S. Pomp. Menedorus oder Menas, der bald an dem Pompeius, bald an dem Octavian die schändlichsten Verrätherereyen ausübte (παλιμπροδότης beym Appian. B. Civ. V. 96. T. II. p. 837) als den, welchen Horaz hier gegeisselt habe. Doch hat diese von den meisten Erklärern angenommene Deutung grosse Schwierigkeiten, 1) Menas war nach seinem Uebergange zum Octavian nie tribunus mil. sondern das erste Mahl A. U. 716. Unteradmiral des Calvisius Sabinus, das zweyte Mahl aber gar keines Zutrauens vom Octavian gewürdigt. 2) die Sclavenzüchtigungen, deren hier Erwähnung geschieht, passen gar nicht auf den Menas. 3) Horaz würde den Hauptflecken in dem Character des Menas, seine treulose Verrätherey, gewifs nicht verschwiegen haben."

Menenius, homo stultissimus S. II. 3, 287, gens Meneni, die Narrenzunft.

Mens, E. I. 2, 60.

Mercurius, Maiae ex Iove filius I. 2, 43, et Atlantis, cuius filia Maia, nepos I. 10, 1: *ales* I. 2, 42 cl. Virg. Aen. IV. 239 et Hom. Od. V. 44 seqq.: callidus fur I. 10, 7—12 cl. S. II. 3, 68 et 25; animas ad inferos deducit (ψυχαγωγος, πομπαιος) virga aurea (ῥαβδῳ χρυσειῃ) coercet, compellit ad loca infera I. 24, 16—18 cl. I. 10, 17—20; sceptrum aureum habet, ut deus (hinc χρυσορραπις): est et Veneris comes I. 30, 8; utpote deus venustus et urbanus: servat poëtam in belli mortisque periculo II. 7, 13; in eius enim tutelâ sunt poëtae, qui inde II. 17, 29 *Mercuriales viri* vocantur; omninoque omnes docti, cum Mercurius feros hominum mores excoluerit I. 10, 2 cl. S. II. 6, 5 seqq. palaestrâ et lyrâ I. 10, 4 et 6 cl. III. 11, 1, (ubi invocatur tanquam inventor lyrae); etiam iis qui in amoribus deliciisque Mercurii, qui magno ingenio ad rem mercatoriam sunt, Serm. II. 3, 25 et 26. De re cf. omnino Hom. Il. III. 380: V. 344: XX. 444, ubi Paris, Aeneas et Hector a Venere et Apolline servantur proelioque subtrahuntur, nubibus amicti. Legas omnino, quae B. *Eschen* ad v. 1—20. Carm. I. 10 de Mercurio scripsit.

Meriones, Idomenei auriga et

sqq. respicit: τις δ᾽ ἀφνειός, τι δε τερπνόν, ἀτερ χρυσης Ἀφροδίτης, τεθναιην, ὁτ᾽ εμοι μηκετι ταυτα μελοι.

Minae III. 1, 37. Ill. *Boettiger*: „Timor et Minae sind so wie die Cura im 40sten Vers personificirte Plagegeister. *Timor* Δειμος, Φοβος, erscheinen sonst im Gefolge des Mars. *Minae* sind die Gewissensbisse, sonst Poenae Ποιναι, ungefähr das, was beym Plato de Republ. X. p. 326. Bip. die ανδρες αγριοι και διαπυροι ιδειν zur Qual der Verbrecher in der Unterwelt sind."

Minerva, vid. *Pallas*.

Minos, Iovis ex Europa filius, qui a Iove edoctus Cretensibus, quorum rex fuit, leges dedit; „quo maiorem iis auctoritatem conciliaret, ipsum Iovem in consilium adhibuisse ferebatur: βουλευσασθαι ὑπερ τῶν νομων συν ακουσιον του Μινω, Pausan. III. 2, 207. adde Platonis Minoem p. 138; Hinc *Iovis arcanis* (colloquiis, -οαρεις) *admissus*, I. 28, 9. h. in familiaritatem Iovis receptus, quocum ipse Iupiter versaretur, nihil amplius h. l." Rex apud superos cum fuisset iustissimus, apud inferos iudex est constitutus IV. 7, 21. cl. Hom. Odyss. XI. 567 seqq.

Minturnae, Auruncorum oppidum, in confinio Campaniae et Latii ad Liris ostia: hinc *palustres* E. I. 5, 5. propter loca palustria ad os fluminis.

Minucii via, a portâ Minucia Romae ferens Brundisium, nempe per Sabinos, a L. Minucio (eo, de quo apud Liv. IV. 16) strata E. I. 18, 20.

Misenum oppidum et promontorium in Campania, ad cuius oras echini optimi capiebantur, S. II. 4, 33.

Mitylene, Lesbi urbs I. 7, 1. *et natura et descriptione aedificiorum et pulchritudine inprimis nobilis* (iuxta Cic. Orat. in Rull. II. 16: hinc *pulchra* E. I. 11, 7.

Molossi, Epiri populus: Molossi (acerrimi) *canes* S. II. 6, 114. Ep. VI. 5.

Monaeses, III. 6, 9 dux Orodis, regis Parthorum, qui M. Crassum *circumfusis immanibus copiis equitum una cum parte maiore Romani exercitus intereimit* (Vellei. II. 46.); quem scriptores historici Surenam vocant: Surena est nomen summi ducis, secundi a rege Parthorum, s. eius, cui primus apud regem locus erat (Grofsvezier).

Mors, *pallida* I. 4, 13; *atra*

10, 18, et Musarum dona E. II. 1, 243 sunt carmina: Alcaei Camenae minaces IV. 9, 8 s. Alcaei carmina minacia, vehementia.

Musa, sive vates a Musa adiutus, i. e. carmen, virum laude dignum vetat mori et coelo beat IV. 8, 28—29, quod IV. 9, 1—4 dicit: carmina mea non sunt interitura, et quem laudant, eum tradunt immortalitati, oblivioni ereptum 30—34.

Musa Graiis dedit loqui ore rotundo E. II, 3, 323, i. e. Graeci duce natura egregie cecinerunt.

Musa dat vatem hominibus E. II. 1, 33, sive per vatem instruit homines.

Musa dat fidibus, sive fidibus canit (poëtae fidibus canunt) divos, puerosque deorum, et pugilem victorem, et equum certamine primum, et iuvenum curas, et libera vina referre E. II. 3, 83 —85, i. e. hymnos in deos, heroas, certaminum victores, nec non amorem et vinum (Venerem et Bacchum).

2) Musa, sive carmen (cum Musa vati praecineret I. 24, 2), *lyrae solers* E. II. 3, 407, i. e. carmen lyricum lyrae imbellis potens, I. 6, 10. i. e. carmen lyricum idque leve, amatorium: Musa mea Dis cordi est I. 17, 13, i. e. carmen meum, s. me vatem curant dii: *procax*, *pervicax*, II. 1, 37 et III. 3, 70, i. e. carmen pr. et perv., sive ego vates audax et minus verecundus: tragoediae II. 1, 9, q. est E. II. 3, 275 Camena tragica, i. e. carmen tragicum, tragoedia: *pedestris*, S. II. 6, 17, i. e. carmen humile, non sublime, oratio prosaica cl. II. 12, 9: Musae nulli deditus S. II. 3, 105, i. e. nulli carminum generi studens: Archilochi E. I. 19, 28, i. e. genus carminis, quale Archilochus tractavit.

3) Cognominantur

a) *Camenae* III. 4, 21. S. I. 10, 45. C. IV. 6, 27. E. I. 19, 5. C. IV. 9, 8. E. I. 18, 47. Ep. XVIII. 62. Camena, i. e. carmen, ut Musa nr. 2. v. c. I. 12, 39. E. I. 1, 1: E. II. 3, 275.

Camenae IV. 9, 8. carmina lyricorum poëtarum. Camenae Graiae spiritus II. 16, 38, i. e. ingenium Graecorum poëtis oblectari solitum eosque imitans cl. II. 18, 10—11.

b) *Pierides*, a Pieria Thraciae, in sequenti tempore Macedoniae, ubi Mnemosyne, e Iove gravida, has pepererat

Nero,

den Armeniern verhafst machte, klagten diese ihn beym Augustus an, und verlangten von ihm den Bruder des Artaxias, Tigranes, der zu Rom erzogen ward, zum Könige. Augustus übergab das Geschäft dieser Einsetzung dem Tiberius, der bey seiner Ankunft in Armenien den Artaxias schon von dessen eigenen Verwandten ermordet fand, und dem Tigranes die Krone aufsetzte. Diese, durch die Armenier vom Augustus erbetene Einsetzung ward als der gröſste Triumph betrachtet, und auf Münzen lieſt man die stolze Inschrift: REX. ARMENIS DATVS. REX. PARTHIS. DATVS. und ähnliche."

Nireus, omnium, qui Troiam oppugnabant, ducum pulcherrimus III. 20, 15: Ep. XV. 22 cl. Hom. Il. II. 671—75.

Nomentanus, parasitus Nasidieni S. II. 8, 23; vappa et nebulo S. I. 1, 102 et 104; nepos S. I. 8, 11. S. II. 1, 22. S. II. 3, 224 seqq. et 175 cl. Senec. vit. beat. c. XI, ubi hunc cum Apicio. Ad Serm. II. 8, 23 haec Haberfeldt: *Nomentanus* und *Porcius* waren zwey Scurren des Nasidien, die Fundanius selbst deutlich genug characterisirt. Der erste, den Horaz (nach *H. Wielands* Vermuthung,) wegen seiner Aehnlichkeit mit dem berüchtigten Schlemmer, *Nomentan* nennt, machte, als Kenner, die Gäste auf die Vorzüge der aufgetragenen Speisen und Weine aufmerksam, und war bey der Gesellschaft der Stellvertreter und Wortführer des einfältigen Nasidien. *Porcius* benutzte diese seltene Gelegenheit, um sich einmahl eine Güte zu thun. Beide Schmarotzer contrastiren in ihrem Betragen gar sehr gegen die des Maecenas, an welchen man schon eine feinere Lebensart bemerkt."

Noricum, Illyrici pars, ferro et ensibus inde cusis nobile; hinc Noricus *ensis* I. 16, 9: Ep. XVII. 71. (ut hodie der Steyermärkische Stahl, eine Damascener Klinge).

Nothus, iuvenis a Pholoë amatus, III. 15, 11.

Notus, f. Auster, *invido flatu* IV. 5, 9. i. e. „flatus Noti invidi f. Notus invidus, adversus, matri filii reditum invidens. Vid. Ind. synt. I. 3.

Novius, homo novus et libertinus, ingenti voce, tribunus plebis S. I. 6, 40—44 et 121. cl. S. I. 3, 21.

O.

i. e. ab ortu solis rubescens, mare orientale, Arabicum et Indicum: occidentalis IV. 5, 40. *belluosus* IV. 14, 47, (III. 27, 26) *belluis scatens*, plenus, mare Britannicum; *circumvagus*, qui arva ambit Ep. XVI. 41. Boettiger: Schon Gesner in Praelectione II de navigat. extra columnas Hercul. p. 458 bemerkt, dass der Dichter hier auf das damahls bekannte Project des Sertorius zielt, der, als er auch in Spanien nicht länger sicher war, a. u. 673. den Entschluss fasste, in die *insulas fortunatas* von Spanien aus sich einzuschiffen. Plut. in Sertorio p. 571. E. Sallustii fragm. p. 998. Cort. Die Alten verstanden darunter die Canarischen Inseln, deren Schilderung im Mela III. 10, 10. vollkommen mit den hier vorkommenden Ideen übereinstimmt. Uns erwartet der *erdumgürtende* (circumvagus ἀψίῤῥοος Odyss. XX. 65.) Ocean. Hier liegen nun eben die Inseln der Seligen μακάρων νῆσοι, wohin Horaz alle Schilderungen der Griechischen Dichter vom Elysium und dem goldenen Zeitalter mit üppiger Fülle überträgt. Vergl. *Volborth in Spicilegio Observat. de campo Elysio* p. 16."

Octavius, cui scripta sua probari vult poëta S. I. 10, 82, est, quod res ipsa ostendit, amicus ipsius doctus, non Caesar Octavianus quem nusquam alibi Octavii nomine appellat.

Ofellus, rusticus S. II. 2, 2.

Olympia, urbs Elidis in Peloponneso, aut, ut aliis placet, locus, ubi celeberrimum illud *Iovis Olympii* templum erat exstructum, in cuius honorem ludi Olympici quarto quovis anno redeunte, totâ Graeciâ illûc confluente celebrabantur, cuius victores fronde oleagineâ (vid. Archiae epigr. in anthol.) coronati et palmâ donati per omnem Graeciam nominis sui gloriam illustrabant. Noti enim sunt Pindari hymni Olympici, de quibus Noster IV. 2, 17 (Pindarus canit V. 1 et 13), *quos Elea domum reducit palma coelestes*, et I. 1, 3—6: *curriculo pulverem Olympicum collegisse, iuvat; metaque fervidis evitata rotis palmaque nobilis terrarum dominos evehit* (victores) *ad deos*. Nam, ut Cicero Flacc. 13 ait, homo nobilis Atinas, *pugil Olympionices*: hoc est apud

theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur Liv. epit. 99 Dio 36 Plin. VII. 31 Plutarch. in Cic. 13. Cicero ipse Orat. pro Murena c. 19. *L. Otho*, inquit, vir fortis, meus necessarius, *equestri ordini* restituit non solum *dignitatem*, sed etiam *voluptatem*. Hinc explica Ep. IV. 16 cl. E. I. 1, 62 ibique not. ad 57—58.

P.

Pacorus, Orodis, Parthorum regis filius, Phraatae frater natu maior, a Ventidio Antonii Triumviri legato victus a. 715 periit III. 6. 9, cum ipse antea 714. Didium Saxam, Antonii legatum cum legionibus interemisset Dio Cass. 49. p. 464, cl. hist. §. 39.

Pactolus, Lydiae amnis, arenas aureas trahens Ep. XV. 20; tibi Pactolus *Fluat* h. e. tantum auri vim habeas, quantam amnis Pactolus.

Pactumeius, *tuus venter* Epod. XVII. 50 h. e. „tuus partus et filius. Nam hoc nomen Pactumeius est nomen suppositicii, quem sibi filium esse dicebat: supra enim (v. 5. sq.) suppositicii partus ipsam ream fecit. Venter autem hic pro partu ponitur."

M. Pacuvius, Brundisinus, Ennii ex sorore nepos, anno u. 624 adhuc in vivis (Cic. Lael. VII. 9), natus circiter a 532, Laelii Sapientis amicus et hospes (Cic. l. c.) poëta tragicus, quem cum Euripide comparare Critici solebant E. II. 1, 56, in quo Quintil. X. 1, 97 laudat gravitatem sententiarum, pondus verborum (male tamen locutus est, auctore Cicerone Brut. LXXIV. 3), auctoritatem personarum.

Padus, fluvius citerioris Galliae, (hodie *Po*, quem quis ignorat, cuius aures percusserunt res ab heroë aetatis nostrae optimo maximo in Italiâ gestae?) Ep. XVI. 28.

Paetus, S. I. 3, 45.

Palatinus, Apollo, E. I. 3, 17, cui templum ab Augusto est in Palatio exstructum, cl. hist. §. 55, Nostri E. II. 1, 216. et Ep. XVIII. 65.

Palinurus, III. 4, 28, promontorium Lucaniae, naufragiis famosum, ad extremum sinum Veliensem nomen a Palinuro, navis Aeneae guber-

poëta Augusto de Parthis victoriam augurans hunc orat I. 2, 51, ne sinat se duce *Medos* equitare inultos; hinc Phraates Cyri (*Persarum* regis) solio redditus dicitur II. 2, 17, cum *Parthorum* esset rex (hist. §. 64); et *Bactra* dicuntur regnata quondam Cyro III. 29, 27.

a) Hinc *Persae* dicuntur *graves*, formidolosi (ob clades Romanorum sub Crasso et Antonio acceptas), infesti, exitiosi imperio Romano I. 2, 22: III. 5, 4 cl. I. 21, 15; *infidi* IV. 15, 23 cl. E. II. 1, 112, ubi *Parthi mendacissimi*.

Persae autem cum per imperii sui tempus potentissimi fuissent et opulentissimi; horum luxuria apud Graecos in proverbium abire coepit. Hinc *Persici apparatus* I. 38, 1 sunt longe magnificentissimi, luxuriosissimi, et *Persarum rege beatior* III. 9, 4, longe beatissimus, ditissimus cl. II. 12, 21, et v. *Achaemenes*.

b) Hinc et *Medi* dicuntur *pharetra decori* II. 16, 6, *equites* I. 2, 51, *infesti* (nobis Romanis) III. 8, 19; *horribiles* I. 29, 4, quibus grata fuerit bellorum civilium a Romanis gestorum fama II. 1, 31: Ep. VII. 9; *sibi diffident*, discordant inter se bellis intestinis, quae impediunt, quo minus externo bello vacare possint, III. 8, 19 cl. hist. §. 64: Augustum admirantur IV. 14, 42, timentque potentiam Romanam Carm. Saec. 54; et *triumphati* dicuntur III. 3, 43 cl. II. 9, 21, ubi in eandem sententiam Medum flumen (Euphrates) gentibus victis additum minores volvit vortices; cl. supra nr. 1. Medus *acinaces* I. 27, 5, qui teste Polluce fuit Περσικον ξιφος η ξιφιδιον τι, τω μηρω προσηρτημενον: Medum *flumen* II. 9, 21 est Euphrates, qui Romanorum et *Parthorum* imperii fuit terminus Vell. II. 101. Tacit. Annal. XV. 17: Medus *rex* III. 5, 9 est *Parthorum* rex cl. supra nr. 1.

Patareus, vid. *Apollo*, nr. 4.

Patrum sanctum concilium, Senatus IV. 5, 3 et 4: *Cura Patrum* ac *Quiritium*, Senatus Populusque Romanus IV. 14, 1.

Paulus Maximus, IV. 1, 10 et 11: Illum, cuius domus hilarioribus iuvenum compotationibus frequentatas, ideoque risui, iocisque vaciva dicitur, „Paullum Fabium Ma-

spiele, weil sie klein waren, und unbedeutende Dinge darstellten, in der Meinung, dass die Liebhaberey des Dichters dafür um so lächerlicher und verächtlicher erscheinen werde. Der Dichter giebt aber auch zugleich seinen Zeitgenossen sehr fein zu verstehen, wie verstimmt ihr Geschmack für das wahre Schöne, Grosse und Erhabene sey, da sie nur an Kleinigkeiten und schönen Tändeleyen, nicht an den grossen Werken der Kunst, Geschmack fänden."

Pax, C. S. 57, „Εἰρήνη, καλλίστη θεῶν Eurip. Or. 1685. Cf. Tib. I. 10, 67 et ibi Intpp. Ianum ab Augusto clausum respici, in promtu est videre. Cf. IV. 15, 9."

Pedana, regio, E. I. 4, 2 ager prope Pedum, Latii oppidum, inter Tibur, Praeneste, Tusculum et Romam: in qua regione Tibulli villa sita est.

Pediatia, S. I. 8, 39 est, referente Scholiaste, Iulius Pediatius, eques Romanus, qui honesto patrimonio consumto se prostituit. Quare Horatius mutato genere *Pediatiam* vocavit.

Pedius Poplicola, S. I. 10, 28 quibusdam videtur filius Q. Pedii Caesaris legati, eius, qui a. 710 cum Octaviano es. legem Pediam tulit contra Caesaris percussores, de quo Sueton. Caes. 83. Nero 3 sq. cl. hist. §. 25.

Pegasus, equus ille alatus, a Minervâ Bellerophonti donatus, quo hic usus Chimaeram domuit I. 27, 24: IV. 11, 26 – 28.

Peleus, Aeaci filius, Achillis pater, Phoco fratre in Aeginâ insulâ patriâ occiso cum Phthiam Thessaliae ad Eurytionem socerum confugisset, hoc quoque occiso confugit ad Acastum, de cuius uxore vid. supra v. *Hippolyta*. Hinc *exsul* E. II. 3, 96.

Pelides, E. I. 2, 12. C. I. 6, 6. Pelei filius vid. v. *Achilles*, q. v.

Peligni, Italiae populus, Marsis, Marrucinis et Ferentanis confinis III. 19, 8, quarum *anus*, ut Marsae, ob magicas artes male audiebant Ep. XVII. 60: Peligna *frigora* III. 19, 18 ob montes regionis.

Pelios, Pelius, Thessaliae mons, quem Gigantes Jovem oppugnaturi Olympo imposuerunt III. 4, 52, cum Homerus de Oto et Ephialte, Neptu-

15, 36 i. e. „Pergamum adeoque Ilium."

Perillius, foenerator S. II. 3, 75; idem esse videtur cum Cicutâ 69 et 175, ut plenum nomen sit Perillius Cicuta.

Persae, vid. v. *Parthi*: Persae a Parthis victi eum iisdem coaluerunt.

Persici apparatus (*Perseraufwand*) I. 38, 1. „De Persarum τρυφῃ ac πολυτελειᾳ in apparandis epulis nota omnia: Cf. Athen. IV. c. 10 et 11 Valer. Max. IX. 1. *Eschen*: Die Perser waren durch die Ueppigkeit ihres ganzen Lebens, wie ihrer Freudenmähler, bekannt. An diesen werden auch die köstlichsten duftendsten Kränze zur Schmückung des Hauptes gegeben, und wie bey den Griechen und späteren Römern, sogar mit duftenden Wassern besprengt. Denn durch die Perser, sagt Plinius (XIII 1.) ward der Gebrauch duftender Salben bekannt, die sie in Menge gebrauchten; und Alexander fand nach Eroberung des Lagers des Darius unter anderen Sachen des Königs auch ein Kästchen mit Salben. *Perseraufwand* nennt der Dichter es in scherzender Ironie, da der Kranz windende Jüngling ihm nach seiner Art den Kranz recht köstlich flechten, und statt die Myrte einfach zu lassen, ihn mit Rosen und anderen Blumen und herabhängenden Bändern von seinem farbigen Lindenbaste (Plin. XVI. 15. Ovid. Fast. V, 337) besser ausschmücken möchte. Mit solchen manchfaltig gefärbten herabhängenden Bändern (lemnisci genannt, die in den ersten Zeiten aus Wolle gemacht waren, schmückten die Alten nicht nur die Kränze, sondern auch die Palmzweige der Sieger. Bey den Griechen und Römern waren Kränze etwas zum festlichen Mahle unentbehrliches, und Kunst und Pracht gesellten sich hier bald zu einander. Aus den Kränzen wurden bey den Römern nach und nach Kränzchen (corollae), die immer zarter und feiner, und später auch aus dünnen vergoldeten oder versilberten Blechplättchen bereitet wurden. Der reiche Crassus gab an seinen Spielen sogar Kränze mit goldenen und silbernen Blättern und goldenen Bändern, nach Hetrurischer Weise. Nur

ten Rednern seiner Zeit (caussis agendis clarus), daher nennt ihn Cicero (de Orat. II. c. 78.) hominem in primis disertum et eruditum, und rühmt (Brut. 47 seqq.) vorzüglich seinen Witz und seine Laune. Aus Columella (de re rust. VII. 16.) erhellt, wie weit er es in der Esweisheit gebracht, und gegenwärtige Stelle ist ein Beweiss, dass ihm ein Spass auch für eine beträchtliche Summe nicht zu theuer war.

Philodemus, poëta Epicureus S. I. 2, 121. cl. Cic. fin. II. 35, 11.

Phocaei, Phocaeae, Ioniae urbis incolae, a quorum coloniâ Massilia condita est in Galliâ E. XVI. 17 sqq. Ad h. l. Boettiger: „Lasst's uns machen, wie die Phocäer. Phocaea gehörte zu dem Panionischen Bunde, oder den 12 verbündeten Städten Ioniens. Sie ward vom Generale des Cyrus, dem Harpagus, durch Belagerung so hart geängstigt, dass sich die Einwohner durch eine Flucht nach Cyrnus (Corsica) zu retten suchten. Vorher aber sprachen sie noch einen fürchterlichen Fluch über Alle aus, die zurückbleiben wollten. Dann warfen sie eine glühende Eisenmasse ins Meer (μυδρον σιδηρεον κατι ποντωσαν), und schwuren, nicht eher nach Phocaea zurück zu kommen, als bis diess aus dem Grunde wieder herauf geschwommen käme, Herod. I. 165. Suid. s. v. Φωκαεων αρα. Vielleicht folgte Horaz bey dieser ganzen Stelle dem Callimachus, von welchem uns die Scholien zum Sophocles Antig. 270 folgenden Vers aufbewahrt haben: Φωκαιων μεχρις γε μενη μεγας ειν αλι μυδρος. Es war übrigens dies eine allgemeine Sitte, bey einer solchen Auswanderung die Rückkehr feyerlich zu verschwören. So die Helvetier: Helvetiis sacramentum fuit ne redirent.“ Flor. III. 10, 2. Auch die Sitte mit dem Einsenken eines glühenden Eisens kömmt sonst noch vor. Plut. in Arist. c. 26. T. II. p. 379 vergl. *Valkenaer* in diss. *de ritibus Iuris iurandi* c. 6. p. 70.“

Phoebus, est *Apollo*, q. v.

Pholoë, amica, a Cyro petita, cui asperam se praebet I. 33, 6: a multis aliis petita, sed et his aspera, hinc *fugax* II. 5, 17; cui, Chloridis filiae multa lascivia

pfrigkeit, hierzu gefchickt gewefen zu feyn. Ihren Saft rühmt auch Hor. S. II. 4, 70."

Pierus, Theffaliae mons, Mufis confecratus; unde Pieris, vid. v. *Mufae* n. 3. b. O *Pieri*. Melpomene IV. 3, 18; *Pierium antrum* III. 4, 40. receffus Mufarum: *Pieria* i. e. Theffala, *pellex* III. 10, 15. *Pierides* vid. v. Calabr.

Pimpleis, I. 26, 9. cognomen Mufae a Pimpleâ, monte, fonte et pago Thraciae Mufis facro, notante Scholiafte Lycophronis 275, ubi eft Πιμπλειας σκοπη cl. Callim. in Del. VII et Strab. X. p. 471: VII. p. 330. Recte autem fic dedit Bentley, fecutus Nic. Heinfium ad Ovid. Met. I. 504 (quamquam hic minus accurate fcribit *Pimplaei*: Graecum enim η tranfit in *e*, non in *ae*) pro vulg. *Pimplea*. Vt enim a Piero, Helicone Mufa dicitur *Pieris*, *Heliconis* five *Heliconias*, non Pieria, Heliconia; fic *Pimpleis* (non Pimplea), Πιμπληΐς (in voc. Πιμπληϊ). ut h. l., five Πιμπληΐας, ut eft ap. Orpheum.

Pindarus, Thebanus, nat a. u. 237 mort. a. 302. in quovis lyricae poefeos genere excellens five Paeanas (hymnos et encomia), five epinicia, f. epicedia fcribat IV. 2, 1 — 27 *non Pindaricae latent Camenae* Pindarus IV. 9, 6—8, Lyricorum poëtarum longe princeps: *Dyrcaeus cygnus* ibid. 25 cl. fupra v. *Dirce*. Pindarici fontis hauftus E. I. 3, 10 et 13.

Pindus, Theffaliae mons, Apollini et Mufis facer I. 12, 6.

Pirithous, Ixionis, Theffaliae regis filius, cum comite Thefeo ad inferos defcenderet, Proferpinam rapturus, a Plutone prehenfus et in vincula coniectus, tenetur III. 4, 80: IV. 7, 28 cl. Virg. Aen. VI. 393—97.

Pitholeon, Rhodius, in epigrammatibus referente Scholiafte verba Graeca immifcuit Latinis S. I. 10, 22, quem Bentley eundem effe putat cum M. Otacilio *Pitholao* Suetonii in Caef. 75 et Macrobii Sat. II. 2.

Pifones, pater et filii duo, ad quos eft E. II. 3. cuius argumentum Cl. Wetzel ita oftendit, ut cuncta, quae praemifit, afferre placeat.

I. Poteft hic libellus commode haberi pro libri fecundi epiftolâ tertiâ: cui opinioni nec argumenti, nec temporum ratio obftat. Hinc cum in codd. et edd. vett. modo poft epodos et carmen

men saeculare ponatur, modo medium inter sermones et epistolas locum obtineat; primus H. Stephanus, quem caeteri sunt secuti, ultimum hunc ei locum assignavit.

Epistolarum nomine simpliciter hunc libellum laudat Charisius pag. 182, 3 et 183, 10: quamquam iam Quinctilianus ep. ad Tryphonem et Inst. VIII. 3, 60 *artem poëticam* vocat et *primam partem libri de arte poëtica*; et Terentii Scauri, qui, Gellio XI. 15 annotante, Hadriani temporibus vixit, *commentariorum in artem poëticam Horatii librum* X laudat Charisius pag. 182, 5 et 188, 17.

II. Scripsit autem hunc librum, annotante Porphyrione, „ad L. Pisonem, qui postea urbis custos fuit (fuit autem ille L. Piso a Tiberio demum urbi praefectus, Plin. XIV. 28, 12, Sueton. Tib. 42 cl. Vell. II. 98 et Senec. ep. 83; quem cum Tacit. Annal. VI. 11, 5 cl. c. 10. 4—6 anno aetatis octogesimo, praefecturae vigesimo, u. c. 785 obiisse referat; bene convenit aetas, quae ostendit, natum illum a. u. fere 705, consulatum gerere potuisse a. 738). Nam et ipse Piso poëta fuit et studiorum liberalium antistes; in quem librum congessit praecepta Neoptolemi (Parii) de arte poëticâ, non quidem omnia, sed eminentissima.“ Adde infra nr. V. Non autem ad patrem solum, L. Calpurnium Pisonem, qui consul fuit a. u. 738 cum M. Livio Druso Libone, Freinsh. suppl. Liv. CXXXVI. 51 Dio. C. LXIV. p. 535, sed ad eius duo filios simul misisse poëtam h. librum, ostendit vers. 6: 24: 235: 366: multaque huius epistolae loca veri faciunt simile, quod statuit Wieland, poëtam hortatu Pisonis patris filiorum alterum natu maiorem (366), nimis ad versus faciendos proclivem, a poësi voluisse deterrere, rei difficultate demonstratâ, vitiisque, quae vulgo committi soleant, indicatis: adeo ut Horatius non commode dici possit, voluisse artis poëticae praecepta tradere. Hinc cum epistolae sit sermo familiaris; nec ratio illa exacta, quam in philosophorum libris possis exspectare, hic debebit urgeri et ubique extorqueri. Commode tamen in has fere partes dividi poterit.

III. 1. In carmine non minus, quam in pictâ tabulâ,

bulâ, convenientia partium esse debet 1—9: ut
2. poëta a proposito non aberret, sed unius thematis servandi memor inanes episodias vitet, nec plura promittat, quam praestet 9—23; nec
3. specie recti deceptus, sed artem potius rite edoctus totum aliquid conficiat, cuius partes non discrepent 24—37.

Quae quidem omnia qui praestare vult, is
5. sumat materiam, cui vires ipsius non sint impares. Sic enim demum facunde rem eloquetur, ordinem servabit riteque rem disponet 38—44.

Non minus
5. subtiliter cauteque versabitur in delectu verborum, quae v. c. nota, si callide coniungantur, reddi possint nova; nova quoque novis rebus fingi et ex Graecis transferri, cum nostrae aetatis poëtis, quod superiorum saeculorum poëtis licuit, negari non possit. Verba enim, sicut caetera omnia, quae modo nova erant, iam intereunt a novis protrusa, modo diu obscurata in lucem iterum protrahuntur 45—72 cl. E. II. 2, 109 sqq.

6. Metrum autem cuique carminum generi proprium et aptum cum Graeci in *heroico, elegiaco, iambico* et *lyrico* nobis ostenderint, eo minus nos in hoc eligendo aberrare a recto poterimus 73—85.

7. Servandae porro sunt poëtae vices diligenter prius descriptae, id quod inprimis in genere dramatico probe est tenendum riteque observandum 86—98. Sic demum

8. poëma non pulchrum solum erit, quod recto iudicio placeat, sed iucundum etiam (*Gratiae enim sunt Veneris comites, et Iuventas parum comis sine Venere* Carm. I. 30, 6—7), ut, quocunque velit, auditoris animum agere possit; quod fieri non potest, nisi varii, quos in scenâ conspicimus, animi motus ita sint depicti, ut ex animo ipso prolati videntur. Hoc si secus fit, et actor et auctor fabulae ab omnibus auditoribus iure suo exsibilatur. Servet potius poëta decorum in personis pro diversitate naturae, aetatis, conditionis, vitae generis, nationis, gentis. Aliter enim loquens inducendus est servus, quam dominus; senex, quam iuvenis; matrona, quam

Nün noch von Winkeln selbst;
komm, sag einmal mir an,
Wie viel ein Dreiek wol nun
rechte haben kann?
„Zwei.“ — Recht, mein Lämmchen, recht; wenn ich die
drei addire;
So hat das Dreiek zwei, so
wie das Vierek viere.
O das ist brav gelernt! — —)

19. Poëta autem cum non prodesse solum velit, sed delectare etiam auditores; is, qui dulci utile admiscuerit, non suae solum aetatis gentisque laudem merebitur, sed ad alios quoque populos et ad posteros homines propagavit, scriptorum suorum famam laudemque 333—46. In tali poëmate si qua vitia obrepserint, his aequus lector facile ignoscet: modo ne plura sint vitia, quam virtutes. Nam qui Choerili istius instar in longo poëmate bis terve bonum aliquid dixit, hunc admiror cum risu; qui autem instar Homeri in universum bonus vitium aliquod admisit, de hoc indignor, quandocunque dormitet, cum et pauca illa vitia vix ac ne vix quidem huic ignoscam (*Quo igitur perfectiorem te fieri sentis, eo diligentiorem te praesta in eliminandis, si qua supersunt, vitiis. Quo enim quisque est melior scriptor, eo acriores experitur iudices*). Poësia enim, quod, ut tabula picta obscuri amans (obscuro loco spectari volens), critici acumen fugit, nec acriter vult examinari, semel placet; aliud contra, quod (ut tabula picta, quo propius stas acriusque spectas, eo magis te capiens) critici acutissimi censuram subire non timet, semper placebit 347—65.

20. Poëta igitur mediocritate non contentus ad perfectum adspiret. Quod si attingere desperaverit, melius est omnem rem abiicere, quam invitâ Minervâ tentare. Tu igitur, Pisonum maior natu (366), si quid hac in arte olim tentare volueris, noli nimis tibi ipsi confidere, sed aequis potius iustisque iudicibus, illud propone diutius ante a te ipso elimatum, nec propera edere in lucem, cuius facti aliquando te possit poenitere 366—90. (*Quo maior enim bono poëtae laus est impertienda, eo maiori dedecori est, esse malum poëtam*).—

21. Atque est sane poësis studium honestissimum, celeberrimum, cum antiquissimi vates de genere humano optime sint meriti, homines vagos ad urbes condendas civilemque

lemque societatem ineundam adhortati, indeque gratâ posteritatis famâ celebrati: cum Homeri et Tyrtaei carmina militum animos exacuerint, eosque ad pericula belli pro patriâ fortiter subeunda excitaverint: cum oracula per carmina sint reddita: praecepta vitae tradita: regum laudes celebratae, ludique scenici agricolam longo aestatis opere fessum recreent (*Septembr. Cf. omnino de poëseos meritis* E. II. 1, 118 seqq.) 391—407.

22. Ars autem, ut supra iam monui (nr. 17), nec sine naturâ, nec natura sine arte quidquam valet perfectum proferre 408—18. (*Cum ad naturam eximiam atque illustrem accessit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud nescio, quid praeclarum ac singulare solet existere.* Cic. Arch. VII. 5).

23. Tu autem cave, quod vulgo fieri videmus (vid. ind. in *poëta*); carmina tua recitans, assentatoribus praebeas aurem: praebe hanc potius amico prudenti eique viro bono, qui, instar Quinctilii illius, candide tecum aget, vitia tibi indicans; quae qui amico indicat, non minus de eo meretur, quam qui vesaniâ aliquem liberat. Vesanus autem est pessimus quisque poëta, quem omnes sanae mentis homines fugiunt, pueri persequuntur (297 seqq. cf. E. II, 1, 216. S. I. 3, 133), nec magis; si forte in puteum foveamve deciderit, quisquam servare volet, quam Empedoclem, qui immortalitatis gloriam affectans in Aetnam insiluit. Cum enim possis dubitare, an prudens forte se deiecerit nec servari a te velit; liceat, inquies, poëtae isti perire, praesertim cum vesanae mentis homo idem mortis genus iterum sit experturus; indeque non minus in ipsum peccem, qui servari nolit, quam in deos, qui mente eum privarunt, propterea quod nefario aliquo facinore se commaculaverat. Certe fuerit, quem carmina recitaturum omnes fugiunt, nisi quem ipse obtorto collo, ut invitus se audiat, pertraxerit (cf. S. I. 3, 86) 419—76.

IV. Ex hac igitur epistolae delineatione perspicis, quod ab initio iam monui, poëtam de arte poëticâ praecepta tradere, certe exhaurire noluisse, quamquam id ipse signi-

significare videatur (nr. 17). Atque etsi longe maior pars versatur in praeceptis de genere dramatico tradendis (vid. nr. 7 seqq.); tamen ideo statui non potest nec debet, poëtam, quod Batteux sibi persuadet, docere voluisse artem dramaticam, nec, quod Hurd statuit, de Romanorum dramate disquirere.

V. L. illum Pisonem patrem literas amasse, earumque cultores fovisse, praeter vers. 366 et 388 ostendit poëtae nostri exemplum, quem eius familiaritate fruitum esse, haec epistola docet; confirmatque Antipater poëta Thessalonicensis, cuius aliquot epigrammata ad hunc missa exstant in anthol. gr. ed. Iacobs. tom. II. pag. 97. nr. 10 seqq.

Piso autem cum ex consulatu profectus sit in Pamphiliam a. 739, et a 742—45 in Thracià bellum gesserit, Dio Cass. LIV pag. 624 Flor. IV. 12, 17. Vell. II. 98; veri inde fit simillimum, ante annum consulatus 738 scriptam esse h. epistolam.

Velleius, omnes Tiberio probatos et ipse probans summisque laudibus extollens, a. u. 782 ità hunc laudat II. 98, 1: *L. Pisonem hodieque diligentissimum atque eundem lenissimum securitatis urbanae custodem habemus*; et §. 3: *de hoc viro omnibus hoc sentiendum ac praedicandum est, esse mores eius vigore ac lenitate mixtissimos, et vix quemquam reperiri posse, qui aut otium validius diligat, aut facilius sufficiat negotio, et magis, quae agenda sunt, curet sine ullà ostentatione agendi.* Quibus verbis quae vera insit sententia, perspicimus ex Sueton. Tib. XLII. 3: *Tiberius princeps in ipsà morum publicorum correctione cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumsit, quorum alteri Syriam provinciam, alteri praefecturam urbis confestim detulit, codicillis quoque iucundissimos et omnium horarum amicos professus.* Quod idem Plin. XIV. 28, 12 confirmans: *Tiberius princeps*, inquit, *in ipsà iuventà ad merum pronior fuerat* (cf. Suet. Tib. XLII. 2): *eàque commendatione credidere L. Pisonem urbis Romae curae ab eo delectum, quod biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum iam principem.* Idem suo more efferens Seneca enarrat ep. 83: *L. Piso, urbis*

bis custos, ebrius, ex quo semel factus est, fuit. Maiorem partem noctis in convivio exigebat: usque in horam sextam fere dormiebat: hoc erat eius matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit.

Placideianus, gladiator S. II. 7, 97.

L. Munatius Plancus, ad quem est I. 7, cuius ad Ciceronem, ac vicissim huius ad illum epistolae exstant ad Div. X. 1—22, orator non ignobilis, Caesaris dictatoris gratiâ cum floruisset, legatus eius in bello Gallico, in Africano comes et a. 709 Galliae Transalpinae ab eo praefectus fuisset, civili bello post huius necem exorto primum reipublicae caussam suscepit, deinde autem statim post Lepidi defectionem quatuor legiones ad Antonium traduxit Vell. II. 63, 3, et a Caesare dictatore iam in annum 712 consul designatus hoc ipso anno consul fuit cum M. Aemilio Lepido C. III. 14, 28. Bello autem novo civili Octavianum inter et L. Antonium insecuto (hist. §. 33) Antonio adhaesit Vell. II. 74, 3 et Fulviam ex Italiâ aufugientem secutus est c. 76, 2. Nec minus insequente tempore humillimus, ut idem narrat II. 83, 1, Cleopatrae fuit assectator et infra servos cliens, ab Antonio autem in convivio refrigeratus ob manifestarum rapinarum indicia, transfugit ad Octavianum a. u. 722, (v. Dio L. III. p. 420. Vellei. II. 83. pr.) non iudicio recta legendi, neque amore reipublicae aut Caesaris (quippe haec semper impugnabat), sed morbo proditor, et quidem inter apparatum belli Actiaci (hist. §. 53) „Atque huius gratia floruisse quidem visus est, magnisque honoribus functus, dum et censor, et, quod Torrentius e numo docet, urbi praefectus fuit: sed cum esset vir summae inconstantiae dubiaeque fidei, numquam ex animo favere sibi aut satis fidere Octavianum intellexit; licet omnem daret operam, illi ut gratiosus fieret, atque etiam, ut Augustus appellaretur, postero tempore perficeret. Vid. Sueton. Aug. VII. Vellei. II. 91. pr. Censorin. 21. Igitur quum multos difficiles casus per tumultus civiles; quanquam sua fere culpa, expertus, contraxisset iam

inde, ut fit, magnam animi aegritudinem, atque nunc et contemni se vidisset a viris bonis et gravibus (v. Vellei. II. 83. extr.) et semper suspectum esse Augusto suum ingenium, sibique metuendum, ne quando subito excideret illius gratia; tandem, moerore victus, voluntarium exsilium meditari coepit. Iam quum iis temporibus multi, qui patria carere mallent, quam in timore vivere, civitates Graeciae, quae et literarum, inprimis philosophiae, cultu florerent, et miti insuper coeli temperie gauderent, in his vero maxime Rhodum aut Mitylenen (v. Cic. ad Div. IV. 7. et VII. 3.) peterent; hoc idem Plancum secum constituisse, ex ipso carminis initio eiusque exitu satis probabiliter statuere licet. Horatius igitur, etsi eius, mutandae urbis, atque in privato se continendi haud improbaret consilium, a Graecia tamen animum eius abducere conatus, ut in Tiburtinam potius regionem, Italiae amoenissimam, secedat, eum exhortatur. Praeclare hoc arte adornavit poëta, summaque urbanitate consilium hoc suum Planco probare aggressus est. Laudes quidem suas esse ait Graeciae civitatibus, easque multorum carminibus satis esse celebratas: se tamen Tiburtini agri dulcedine miro modo affici, ac maximopere teneri. In quo nobilissimas Graeciae civitates percenset, neque tamen eas contemnere velle putandus est praelato Tibure. Dum igitur Tiburtinae regionis amoenitates uberius extollit, recte simul atque venuste admodum Planco, ut in hanc secedat ibique genio indulgendo animum curis exoneret, innuere voluisse videri debet; quod idem paullo disertius declarat v. 20 Munita vero sic ad consolandum erigendumque amicum via, eundem, ne se perpetuo moerore maceret atque conficiat, sedulo dehortatur. Ipsam enim naturam non in perpetuo quasi luctu esse, nubilasque tempestati succedere serenam atque tranquillam. Animum adeo aegritudine esse levandum, et quidem, quod praesentissimum sit remedium, vino; omninoque meliora esse speranda." Haec Cl. *Mitscherlich.*

Plato;

Plato, philosophus sat notus, Socratis discipulus, Academiae auctor, Aristotelis praeceptor, quem *doctum* (σοφὸν) dicit S. II. 4, 3, i. e. philosophum et libenter legit S. II. 3, 11 cl. E. II. 2, 45.

M. Accius Plautus, Sarsinas ex Vmbriâ, poëta comicus a. u. 568 mortuus (Cic. Brut. XV. 9), nova verba finxit E. II. 3, 54: a suis amatoribus cum Epicharmo comparatur E. II. 1, 58; contra a poëtâ reprehenditur E. II. 1, 170 seqq. qui non cum aliis Plautinos numeros salesque nimis admiratur, E. II. 3, 270; cum Cicero contra minus recte iudicans Off. I. 29, 11 iocandi eius genus nominet elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Cf. Quinctil. X. 1, 99, qui refert Varronem dixisse, Musas, Aelii Stilonis sententiâ, Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui vellent.

Pleïades (Πλειάδες, Πληϊάδες) septem Atlantis filiae, sidus in cervice Tauri Ovid. fast. IV. 169, *quarum chorus scindit nubes* IV. 14, 21, sive quae extremo Aprili et initio Maii ortae Austrum saevientem fugant.

Plotius, poëta epicus, amicus Virgilii et Horatii, Maecenati, in cuius comitatu fuisse reperitur, carus, *candidissimus* s. amicus sincerissimus S. I. 5, 40, cui Noster scripta sua inprimis vult probari S. I. 10, 81.

Pluto, Inferorum rex, illacrymabilis II. 14, 7: Plutonia *domus* (regnum Plutonis) *exilis*, in qua umbrae exiles, I. 4, 17 cl. Hom. Od. XII. 21, Cf. supra *Orcus*.

Poena, III. 2, 31: IV. 5, 24 (Nemesis) Δίκη dea, vindex scelerum, cl. v. *Culpa*.

Poenus, I. 12, 38 est Hannibal, Poenorum imperator et Romanorum victor in proelio Cannensi: Poenus *nauita* II. 13, 35 est Tyrius, unde Poeni orti: Poenorum tumultus IV. 4, 47 „de Poenis, variis per Italiam discursibus subitum continuo pavorem incutientibus." *Poenus uterque* II. 2, 11 i. e. Carthaginienses et in Africâ et in Hispaniâ cl. *Libya* nr. 1.

Polemo, Academicus, Xenocratis auditor et successor, Arcesilae praeceptor, ex homine dissoluto factus philosophus frugalissimus S. II. 3, 254 cl. Valer. M. VI. 9 ext. 1.

C. Asinius Pollio, equestri, ut

ut ex Velleio (II. 128, 3) colligi posse videtur, ordine, certe ignobilibus maioribus ortus, a Caesare in bellum Parthicum profecturo Hispaniae ulteriori fuerat praefectus a. u. 709, bellum ibi contra Sex. Pompeium Magni filium gesturus (Vell. II. 73, 2 cl. hist. §. 31 et 29), ex quâ provinciâ ad Ciceronem dedit epistolas tres, quae leguntur Cic. ad div. X. 31—33 in quibus etsi suum erga rempublicam studium, libertatisque defendendae cupidum se ostendit; tamen re vera firmus, ut Velleius (II. 63, 3) narrat, proposito et Iulianis partibus fidus, Pompeianis adversus fuit, et paulo post exercitum suum Antonio tradidit. A quo in Galliam Cisalpinam post triumviratum initum missus (hist. §. 28) hanc in eius fide continuit ad. a. usque 713, quo *consul* est factus: quo ipso anno Domitium (vid. hist. §. 68) ei conciliavit. Quod narrans Velleius (II. 76, 3): quisquis, inquit, aequum se praestiterit, sciat, hoc facto non minus a Pollione in Antonium, quam ab Antonio in Pollionem esse collatum. Deinde a M. Antonio contra Parthinos, populum *Illyricum*, qui loca circa Epidamnum insidebat, missus, a. 714 d. 7 Kal. Nov. (d. 26 Oct.) de iis triumphum egit, Dio XLVIII. 41 cl. Virg. ecl. 8 cl. Flor. IV, 12, 11 Horat. Carm. II. 1, 15. Insequenti tempore ab Octaviano, ut secum contra Antonium in proelium Actiacum proficisceretur (hist. §. 53), rogatus: mea, inquit, (narrante Velleio II. 86, 4) in Antonium maiora merita sunt, illius in me beneficia notiora. Itaque discrimini vestro me subtraham, et ero praeda victoris.

Iam ut his de vitâ ipsius narratis aliquid de ingenio eius et animo addam: vir fuit magno ingenio, magnâ, ut antea Antonii, sic et deinde Augusti gratiâ florens, Virgilio (qui huic a. 713 consuli eclogam quartam inscripsit V. 3. 11, 12. Cf. Martin ad ecl. III. 84: V. 86 et Heynii vit. Virgil. p. 44) et Nostro, qui libri secundi odam primam ei inscripsit, et huic scripta sua inprimis vult probari S. I. 10, 85, amicissimus, summus idem orator (II. 1, 13—14) et poëta (Virg. ecl. III. 86), tragoediarum inpri-

inprimis nobilis scriptor (Virg. ecl. VIII. 10 Hor. Carm. II. 1, 9—10. S. I. 10, 42), historiam etiam bellorum civilium scripsit, septendecim libris comprehensam, cuius honorificam scriptores antiqui mentionem faciunt, v. c. Tacit. Ann. IV. 34. Sueton. Caes. 30 et de clar. grammat. 10 Appian. de b. civ. p. 479 Valer M. VIII. 13 ext. 4. In quo ipso opere componendo cum maxime esset occupatus, Noster ad eum scripsit II. 1. Simul tamen sui amore abreptus omnibus invidus fuit, iis inprimis, quos suae gloriae inimicos esse iudicabat. Hinc, ut Seneca ait Suasor. 6, infestissimus Ciceronis famae permansit, et ipse non minus quam filius vitia orationis Tullianae pluribus in locis insecutus est teste Quinctiliano XII. 1, 22, nec non Caesaris, referente Suetonio (Caes. 56) de bello Gallico et civili commentarios sugillavit, quasi parum diligenter parumque integrâ veritate compositi sint. Quam quidem iudicii acerbitatem mirari possis in eo, de cuius orationibus Quinctilianus, candidus, si quis alius, iudex (X. 1, 113 cl. XII. 6, 1.): multa, inquit, in eo inventio, summa diligentia, adeo, ut quibusdam etiam nimia videatur (cl. X. 2, 25: XII. 10, 11): et consilii et animi satis: *a nitore et iucunditate ita longe abest, ut videri possit seculo prior.* Quod idem confirmans Tacit. Or. 21, 13: videtur mihi, inquit, inter *Menenios et Appios* (infer a. u. 259 et 480) studuisse; nec non Seneca ep. 16, *salebrosam* eius et *exsilientem orationem* exagitans; et iterum Quinctilianus (X. 2, 17), huius imitatores *tristes* et *ieiunos* vocans, et veterum poëtarum versus ipsius orationibus insertos reprehendens, Tacitus denique dicto loco (Or. XXI, 13): *Pacuvium*, inquiens, et *Attium* (poëtas tragicos, quorum ille a. u. 532, hic a. 532, hic a. 582 natus fuerat) non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit. Adeo *durus* et *siccus* est. Optime autem de literis meruit primâ in orbe, ut Plinius ait (VII. 31), bibliothecâ Romae publicatâ ex manubiis (ut videtur, Dalmaticis), ubi hunc vocat principem oratorem et civem; primusque, ut idem alibi (XXXV. 2) tradit, bibliothecam dicando, ingenia homi-

statem fecedere solebant III. 4, 23. S. I. 7, 28. E. I. 2, 2. cl. Flor. I. 11, 7 ubi *Praeneste deliciae aestivae*.

Preces, I. 28, 33 cl. Hom. Il. IX. 498, ubi sunt Λιται Διος κουραι.

Priamus, Troianorum rex ultimus, dives (πολυκτητος, πολυχρυσος) „at non simpliciter, sed quatenus magnam vim auri, quo corpus filii sui redemturus erat, curru asportabat (Hom. Il. Ι. 228):" redemit corpus Hectoris ab Achille I. 10, 13 - 16: vetus eius regnum I. 15, 8 cl. Virg. Aen. III. 1 (quippe quod per trecentos fere annos floruerat): *domus* Priami (pro Hectore e domo s. gente Priami) *periura* III. 3, 26 cl. 21—22 et h. l. supra v. *Laomedon*: eius *fortuna* E. II. 3, 137 est fortuna adversa, excidium regni et ipsius regis mors violenta III. 3, 40 cl. Virg. Aen. II. 526 —58. Cf. et S. II. 3, 195; deflet cum uxore (Hecubâ) et filiabus *Troilon* filium *impubem* (qui erat *puer* admodum, adeoque *impar congressus Achilli*) II. 9, 15—17.

Priapus, deus praeses hortorum, Ep. II. 22, formâ turpissimus S. I. 8, 2.

Priscus, homo plane inconstans S. II. 7, 9—14.

Procne, Pandionis Athenarum regis filia, Philomelae soror, a Tereo marito, Thraciae rege, gladio hanc persequente, in hirundinem est mutata, postquam haec sororem, cui ille vim intulerat linguamque exsecuerat, in eo ultura, Ityn filium epulandum apposuerat, E. II. 3, 187 cl. C. IV. 12, 5—8 et Ovid. Met. VI. 425—682.

C. *Proculeius*, Varro Muraena, eques Romanus, vir clarus et prudens, Augusto carus et familiaris, maxime pius erga fratres suos II. 2, 5: quippe qui, referente Scholiaste, cum his bello civili spoliatis suam patrimonii partem de integro aequis partibus diviserit, quod cum eis iam antea divisisset. Fratres autem fuerunt

1) *L. Licinius* Terentius Varro Muraena, ad quem est II. 10, ex quo satis simul perspicis, hunc fuisse hominem in omni vitae genere varium, inconstantem nimisque alta appetentem. Hinc cum a. 731 in Augustum conspirasset, publicâ senatus auctoritate est interfectus (hist. §. 64. a.). Cf. S. I. 5, 38 et C. III. 19, 11.

2) M.

fugace et tergiverfante S. II. 3, 71—73.

Pudor, Αἰδὼς, tamquam deus paffim apud Graecos occurrit I. 24, 6. C. S. 57. S. I. 6. 57. *prifcus* C. S. 58, „olim, aurea aetate in terris commoratus.“

Punica bella, E. II. 1, 162, bella a Romanis cum Carthaginienfibus gefta; atque primum quidem ab a. inde u. 489—512; alterum per annos 534—51, tertium 603—7: Punico fanguine aequor (Siculum II. 12, 2) infectum III. 6, 34.

Pupius, tragicus, cuius poëmata cum cavillatione (ut videtur) dicit lacrymofa E. I. 1, 67, qui referente Scholiafte ita motus fpectantium excitavit, ut eos flere compelleret, unde iftum verfum fecit: Flebunt amici et bene noti mortem meam; Nam populus in me vivo lacrumavit fatis.

Meine Freunde und Bekannte
mögen meinen Tod beweinen,
Denn dem römifchen Volke
hab' ich *lebend* Thränen
gnug gekoftet.

Pylades, Strophii, Phocidis regis filius, Oreftis amicus fideliffimus (a quo Pyladea amicitia) quem ne furentem quidem reliquit S. II. 3, 139.

Pyramides, III. 30, 2. *Pyramidum fitu regali* (ipfis Pyramidibus) altius (vid. Shaws Reifen pag 414 fqq.): „unde adeo maiorem confecuturus fum nominis gloriam; nam hanc potius ob cauffam Pyramides in comparationem adductas putaverim, quam propter ftabilitatem ac firmitatem, quamquam et hoc nomine fint famigeratiffimae. Nam operis perennitatem v. 1. iam defignaverat poeta; tum praeter admirabilem ftructuram ab alitudine maxime eas celebrari fatis conftat. Pro Pyramidibus eft *regalis fitus*, moles pofita, conftructa fumtibus vere regiis, fumtuofiffime exftructa; und *Pyramidum fumtus ad fidera ductos* vocat Propert III. 1, 57. atque ita accipere magis Horatianum eft (cf. *regias moles* II. 15, 1.), quam fi regum opera eas eductas interpreteris.“ Sic *Ill. Mitfcherlich.*

Pyrrha, Epimethei et Pandorae filia, Deucalionis uxor, diluvium experta (*faeculum Pyrrhae* illud diluvium fub Deucalione et Pyrrha, I. 2, 5—12 cl. Ovid. Met. I. 260—415 et Apollodr. I. 7, 2.

Pyrrha, amica Horatii inconftans I. 5.

Q.

ius severum et acutum iudicium A. P. 438 laudat, quemque Hieronymus Chron. Euseb. Cremonensem, Horatii Virgiliique communem familiarem appellat, et Ol. CLXXXIX. 1. mortuum ait Cf. et Heyn. excurs. II. ad Eclog. Virgil."

Quirinus, Romulus post mortem consecratus III. 3, 15 S. I. 10, 32 Ep. XVI. 13 cl. Liv. I. 86; hinc *populus* Quirini („hoc nomine inter deos relati") I. 2, 46 est populus Romanus: *collis* Quirini E. II. 2, 68 est mons Quirinalis. *Ianum Quirinum clusit* IV. 15, 9 non Romuli templum, quum Iani aedes a Numa demum sit condita: *Quirinus* sive epitheton religiosum, sive *belligerum* significans. Macrobius Saturn. I. 9. *Ianum Quirinum* optime illustrat: „*In sacris quoque invocamus Ianum Quirinum — quasi bellorum potentem, ab hasta, quam Sabini Curim* (Quirim) *vocant.*" Cf. et v. *Ianus*.

Quiris, Romanus, nomen honorificum Romanorum ab urbe Sabinorum Cures; II. 7, 3: E. I. 6, 7, ubi *dona Quiritis* sunt dona sive honores a populo Romano tributi: *Quirites* III. 3, 57 sunt Romani; *turba Quiritium mobilium* (die Schaar schwankender Quir.) populus Romanus in Comitiis I. 1. 7. *Patres et Quirites*, Senatus populusque Romanus IV. 14, 1.

R.

Ramnes, E. II. 3, 342, i. e. equites. Nam tres centuriae equitum a Romulo conscriptae Ramnenses appellati sunt auctore Livio I. 13, 8.

M. Atilius Regulus, bello Punico primo captus a Poenis de commutandis captivis Romam missus cum rem dissuasisset, ad supplicium rediit I. 12, 37; III. 5, 13—56 cl. Cic. off. III. 36. 7, ad Carm. III. 5, intelligendum *haec* Ill. Mitscherlich v. 41 sqq. „Quum Regulus belli iure servus Carthaginiensium factus, omnia, quae civis Romanus habuisset, iura amisisset (unde Manlius apud Liv. XXII, 60. captivorum, de quibus redimendis in Senatu agebatur, legatos ita increpat: *Liberi atque incolumes desiderate patriam: imo desiderate, dum patria est*, dum cives eius estis. *Sero nunc desideratis*, deminuti

22). Igitur *Vindelici*, Rhaetis finitimi, *videre* Drusum *bella gerentem*, maxima virtutis bellicae specimina edentem *sub Rhaetis*, Rhaeticis *Alpibus*, fusis ad Alpium radices Rhaetis. Docta igitur hi Alpibus *Rhaeticis* a poëta designari putandi; quamquam ad Tridentinas Alpes proelio cum iis Drusus congressus esset. Sed recte ita efferri poterat propter continua Alpium Rhaeticarum et Trident. iuga. De Vindelicis autem nondum his vv. agi puta; nam hi serius, una cum Rhaetis, qui ab Italia repressi, Galliae togatae imminerent, a Druso Tiberioque, adiutore operis ab Augusto dato, eorumque legatis, divisis copiis, diversisque locis fusi atque perdomiti, Dione teste l. c. Igitur accurate poëta h. l. loquitur, dum Vindelicos Drusi virtutem primum in Rhaetis *vidisse*, mox semet ipsos *sensisse* ait."

Rhenus, fluvius (*Rhein*) S. I. 10, 37; E. II. 3, 18.

Rhodanus, fluvius (*Rhone*) II. 20, 20.

Rhode, puella III. 19, 27.

Rhodope (hodie *Dervent*), mons Thraciae, orgiis Bacchi sacer III. 25, 12.

Rhodus, insula Asiatica mediterraneo in mari celeberrima studiis eloquentiae, philosophiae, et rei navalis: in qua et urbs huius nominis princeps I. 7, 1. E. I. 11, 17 et 21., quam urbem claram multi Romanorum nobilium exsilii sedem eligere solebant Cic. ad div. IV. 7, 9: VII. 3, 18.

Rhoetus, unus e Titanibus III. 4, 55 cl. 43, quem Gigantibus annumerat II. 19, 22—23. Cf. v. *Gigantes*.

Roma, *magna* S. I. 5, 1; (bellicosa) *ferox* III. 3, 44; *regia* E. I. 7, 44; *princeps urbium* IV. 3, 13: *potens* E. II. 1, 61. *Italia dominaque Roma* Carm. IV. 14, 44 pro Italia totoque terrarum orbe.

Romulus, Romae conditor, Martis filius III. 3, 15—16, quem peperit Troia sacerdos III. 3, 32 cl. IV. 8, 22 (*Rhea Sylvia*, q. v.), indeque, cum Mars sit Junonis filius, Junonis nepos III. 3, 31, post mortem inter divos relatus III. 3, 15 sqq. E. II. 1, 5 cl. supra v. *Quirinus*. Cf. et I. 12, 33, ubi canere hunc vult vates, cum sit imperii conditor; quod iustitia

et

S.

luxu effeminatis:" *sum bonus et frugi renuit negitatque Sabellus* (i. e. ego) E. I. 16, 49; poëta Sabellum se vocat honoris causa: Sabini sui homines probi erant: quo genere nullum quondam incorruptius fuit (Liv. I. 18): *Sabina mulier* Ep. II. 39 et 41 mulier pudica et laboriosa cl. v. 39—44 et III. 6, 39—40, ubi est mater *severa* masculae prolis: *beatus unicis Sabinis* II. 18, 14 uno praedio, agello Sabino (E. I. 16, 1—16; S. II. 7, 118. C. III. 1, 47. III. 16, 29—32): *Sabini ardui* III. 4, 21. 22 sunt Sabinorum agri montuosi: Sabinum *vinum vile* I. 20, 1, *quadrimum* I. 9, 7: *coelum* salubre E. I. 7, 77; *sylva* I. 22, 9: Sabelli *ligones* III. 6, 38 cl. Virg. Georg. II. 167, ubi *genus acre virum, pubes Sabella; Sabella* anus cl. V. 17, 28 S. I. 9, 29 mulier Sabina fatidica: Sabelli sede suâ pulsi S. II. 1, 36: Samnites propter originem a Sabinis *Sabelli* (iunge Sabini) Liv. X. 19, sub finem appellantur.

Sabinus, E. I. 5, 27. Sodalis, *conviva* incertus, qui ab alio ad aliud convivium circumagebatur: Vid. v. *Butra* et v. *Septicius*.

Sacra via, S. I. 9, 1 via urbis Romae, a foedere inter Romulum et Tatium icto denominata (Liv. I. 13), maxime frequentata.

Sagana, mulier venefica Ep. V. 26. S. I. 8, 25.

Salamis, insula haud procul Athenis, regnum Telamonis, patria Teucri et Aiacis I. 7, 21: urbs Cypri insulae a Teucro illo condita (*Salamis ambigua*) I. 7, 29. *Eschen:* Teucer schiffte einem Orakelspruche des Apollo gemäss, der ihm weissagte, er würde ein *zweytes Salamis* auf der Insel Cyprus gründen, von seiner Heimath hinweg, und erfüllte die Weissagung. Seine Nachkommen herrschten auf Cyprus bis zum Evagoras, dem Zeitgenossen des Isocrates, und die erbaute Stadt Salamis, da auch des Teucers vorige Heimath diesen Namen führte, machte nach der Sprache des Orakels, *Salamis schwankende Lage*. V. v. *Teucer*.

Salernum, agri Picentini oppidum maritimum in magnâ Graeciâ E. I. 15, 1.

Salii, Martis sacerdotes duodecim, a Numâ instituti,

storici e sorore nepos et ab eo adoptatus, gratiâ Augusti florens et Maecenatem aemulatus, equestri ordine contentus alia gloriae insignia non assumsit, diversus a veterum instituto per cultum et munditias; copiâ et affluentiâ luxui propior *Maecenatis.* Suberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis par, eo acrior, quo magis somnum et inertiam ostentabat. Igitur incolumi Maecenate proximus, mox praecipuus, cui secreta imperatorum (Augusti et Tiberii) innitterentur.

Ad hunc est II. 2, in quo carmine urbane sane hunc poëta laudat, cum rectum pecuniae usum laudet. Hinc qui *libertinarum amore insanire* dicitur S. I. 2, 48 Sallustius, plane ab hoc diversus mihi esse videtur, multoque minus ipse ille historicus, quod praeter Torrentium omnes fere ad unum interpretes statuunt, falsissime, cum Sallustius ille non *libertinarum* amore insaniret, sed a Milone in adulterio huius *uxoris* Faustae (64) deprehensus scuticâ fuisset caesus, et pecuniâ datâ dimissus; referente Gellio XVII. 18 ex Varrone cl. Dion. Cass. XL. 63. Praeterea si vel cum Bentleio statuas, primum hunc Sermonum librum incidere in annum u. 714—16, cum serius potius editus sit; quo tandem modo statui potest, virum illum, qui iuvenis quidem libidinibus famosus fuisset, tum autem iam historicus gravis innotuisset, h. l. proponi posse exemplum hominis libertinarum amore insanientis? idque hoc tempore, quo ille quinquaginta fere annorum vir esset (natus quippe a. 667, mortuus a. 718) et in secessu hortorum viveret, nec rem perderet (49—53), sed amplissimas opes nepoti relinqueret. Ad Carmen secundum libri secundi haec doctiss. *Mitscherlich*: „Ostensurus poëta, quem vere beatum appellare, quem vere sapientem salutare fas sit, solam divitiarum possessionem ad nominis huius honorem tribuendum quidquam momenti efficere negat, quibus omnino recto demum honestoque earum usu (cuius insigne Proculeii exemplum affert) pretium suum statuendum sit. Illos igitur, qui iis ita uti nesciunt, in summa

quior, Cic. ad div. VII. 24, 6.

Sardis et *Sardes*, Lydiae urbs princeps, (Λυδιας Ἑλλαδος Μητροπολις Croesi (regia E. I. 11, 2.

Sarmentus, libertinus, scriba, in comitibus Maecenatis S. I. 5, 52, Augusti deliciae (Plutarch. in Anton. et Juven. V. 3).

Satureium, oppidum parvum prope Tarentum, equorum praestantia nobile, unde Satureianus caballus S. I. 6, 59.

Saturnus, Coeli et Terrae filius, Coelo exsecto et pulso regnavit in Olympo, qui est *veteris Saturni domus fulgens* II. 12, 9: pater Jovis, qui est I. 12, 50 *ortus Saturno*: eius *sidus* nascentibus noxium II. 17, 22—24 cl. v. *Jupiter*: *impius* II. 17, 22 et in patrem, quem exsecuit, et in liberos, quos devoravit Hesiod. Th. 178. Saturnius *numerus* E. II. 1, 158 quid sit, explicat Festus in *Saturno*: versus antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, *Saturnii* appellantur, quibus et a Naevio bellum Punicum primum conscriptum est et a multis aliis plura composita sunt. Cf. Cic. Brut. XVIII. 6; et Atil. Fortun. p. 2679 ed. Putsch., qui profert duos eiusmodi versus: *Saturnalia* festi dies in honorem Saturni, sive aureae eo regnante aetatis memoriam (cf. Virg. Aen. VIII. 319 sqq.) inde a. d. 16. Kal. Jan. (d. 17. Decembr.) celebrari soliti S. II. 3, 5 cl. S. II. 7, 4. Haberfeldt: „Zum Andenken des goldenen Zeitalters der Lateiner, und der ehemaligen Gleichheit der Menschen, genossen von alten Zeiten her (quando ita Maiores voluerunt), auch die Sclaven diess ist über mehrere Freyheit. Sie waren sich selbst überlassen, wurden von ihren Herren festlich gespeiset und geträuket; ja selbst bedient (S. Auson. de Fer. Rom. v. 16.), und nahmen sich auch oft die Freyheit, gegen ihre Herren einmahl ihr Herz auszuschütten, und diesen Wahrheiten in's Gesicht zu sagen, die ihnen zu anderer Zeit theuer wären zu stehen gekommen. S. Macrob. Saturn. I. 10. Athen. Deipnos. IV. 14."

Satyri, *capripedes* II. 19, 4: *protervi* E. II. 3, 233: *risores et dicaces* (in dramate Satyrico) E. II. 3, 225;

Hom. Odyss. XII. 85. Virg. Aen. III. 420. C. G. Lenz: *Charybdis* und *Scylla*, beide in der Sicilischen Meerenge. Die Argonauten kamen bey ihnen auf der Rückreise vorbey. Apollon. IV. 789, 825. 921. Die Fabel von Beiden findet sich schon im Homer. Die Charybdis war eigentlich ein Felsen beym Vorgebirge Pelorum, an welchem der Nordwind die Wellen mit Heftigkeit trieb, die wieder vom Südwinde zurückgeschlagen wurden. Daher die Sage, dass sie das Wasser einschlürfe und wieder ausspeye. Gegenüber an Italiens Ufer lag die *Scylla*, bey der Stadt Scyllaeum (Sciglio), ein Felsen, in dessen Höhlen die anschlagenden Wellen ein dem Hundegeheule ähnliches Getöse machten, woraus die Fabel beym Homer, es sey ein weibliches Ungeheuer, das Seethiere und Menschen verschlinge; und später als Homer, es sey, oben eine Jungfrau, aus deren Unterleibe Hunde herauswachsen, und die sich hinten in einen Fisch endige: Unter den Hunden sind wahrscheinlich eine Gattung von Seethieren, Seehunde oder Seekälber, zu verstehen. S. darüber und über die Fabel von der Scylla überhaupt Heyn. Exc. IV. ad Virgil. Bucolica. Der Abbate Spallanzani bemerkt in seinen Reisen in beide Sicilien, dass die Beschreibung Homers noch sehr gut mit ihrer gegenwärtigen Beschaffenheit zusammenstimme: das Getöse, das dem Heulen der Hunde ähnlich ist, entsteht durch das Brechen der Wogen in den Höhlen, die sich am Fusse dieses hohen und steilen Felsen befinden.

Scythae, nomen commune omnium populorum versus Septentrionem remotiorum, quos immanes fuisse propter coeli asperitatem Veteres dicunt: hinc *Hadria obiecto* (opposito) *divisi* II. 11, 1: sagittarii III. 8, 23—24; *campestres*, in aperto campo viventes III. 24, 9. h. l. γεωργοί, diversi a Nomadibus: hinc *profugi* I. 35, 9: IV. 14, 42: *gelidi* IV. 5, 25; discordes inter se III. 29, 28. Scythae autem, qui III. 8, 23 campis cedere dicuntur cl. I. 19, 10, et IV. 15, 24, nec non Ep. XVIII. 55, sunt omnes omnino

nur Tangut in den westlichen Gränzen von China. Sie wurden den Römern zuerst unter dem August bekannt. Suet. Aug. 21. „Nota Serum legatio, Augusti amicitiam petere iussa, et a Romanis pro obsequii confessione accepta." Indi arte iaculandi sagittas excellebant: hinc *Sericae Sagittae* I. 29, 9: *Serici pulvilli* Ep. VIII. 15 culcitae Sericae, mollissimae adeo ac delicatissimae.

Servius, S. I. 10. 86 grammaticus doctus cl. Ern. clav. Cic. in *Servius Claudius*.

Sextilis, postea Augustus, in honorem imperatoris ita vocatus, mensis Romae insaluber, et ardore solis, et resolutione ventorum tum flantium E. I. 7, 2. *Sextili mense* im Augustmonde E. I. 11, 19.

L. Sextius, ad quem est Carm. I. 4, cl. *Mitscherlich*: „Est illud ad L. Sextium, qui in Bruti partibus fuerat, illius quaestor, et perpetuus comes, mox etiam, cum, Romam reversus, in Augusti amicitiam receptus esset, constans illius cultor atque laudator; quam amicitiae observantiam ac fidem ita ei honori duxit Augustus, ut, cum a u. 731, consulatu se abdicasset, eum in locum suum sufficeret. V. Appian. Civ. IV. p. 619. Dio LIII. p. 518. Hinc in titulo Carminis multi Codd. vocant *Consulem* et *Consularem*; sed utrum in illo Sextii consulatu, sive postea, hoc carmen scriptum sit, incertum est. Neque magis exploratum habetur de cognomine, quod ei complures tribuunt, *Quirini*. Id constat, fuisse hominem nobilem ac divitem, Horatio inde a Brutianis temporibus coniunctissimum."

Sibyllini versus C. S. 5. cl. Gell. I. 19. vid. ipsos librorum Sibyllinorum versus, instituendorum saecularium dierum normam praescribentes in Argumento Carminis Saecularis apud Cl. *Mitscherlich* (T. II. p. 641 sqq.).

Sicilia, mare Siculum Poeno sanguine purpureum II. 12, 2 cl. III. 6 34: IV. 4, 44: III. 4, 28; in bellis duobus Punicis prioribus terrâ marique in Italiâ et Siciliâ gestis: terra feracissima et agrorum ubertate et pascuorum praestantiâ; hinc *fructus Agrippae Siculi*, der Ertrag, die Einkünfte von Agripp'as Landgütern, Ep. I. 12, 1.

Si-

chen Gottes zu machen, wie hier des Silvan."

Simo, Senex in Lucilii fabulis E. II. 3, 238.

Simois, Troadis amnis, *lubricus*, „sinuosus, instar anguis sese provolvens," Ep. XIII. 14. cl. Hom. Il. VI. 4.

Simonides, vid. v. *Cea*.

Sinuessanum Petrinum vid. v. *Petrinum* E. I. 5, 5 et 40: *Sinuessa* Latii oppidum et colonia in finibus Campaniae trans Lirin.

